

1768.

1. Hoffmann, Gottfridus Daniel: De initio delictorum
2. Schott, Christoph Boileanus: Analytic operis Gratiani  
de jure belli ac pacis cum observationibus.

1769.

1. Lang, Hieronymus Christoph: De condicione facti inde  
ante praetiti
2. Lang, Hierard Christoph: De contradicente in concurre  
creditorum
3. Hoffmann, Gottfr. Daniel: De scannis coramque diuersi  
tate in consilio et iudicio imperii
4. Hoffmann, Gottfr. Daniel: De exhibitione universitatis  
Turingensis ex pace Westphalica.
5. Hoffmann, Gottfr. Daniel: De ethicae et communione  
appellativis presertim in supremo dicasterium Warlem.  
bergium.
6. Hoffmann, Gottfr. Daniel: Collecta quaedam juris publici  
Bohemici
7. Hoffmann, Gottfr. Daniel: De jure territorio cancellarii

1769.

8. Schott, Christopher Fredericus: *Dissertatio phil., qua proemiu  
summa et necessitas obvitiis ex ratione adstringitur*

1770

1. Cauz, Eberhardus Christopheri: *De beneficiis ordinis dei cau-  
sionis.*

- 2<sup>nd</sup> Cauz, Eberhardus Christopheri: *De inter frumentaria  
personarum 1. R. G. Imp. Martini. 2. Samp.*

3. Hoffmann, Gottfr. Daniel: *De jure principiarum ecclesiasticis.*  
rum et capitularium subdelegandi ad visitationem  
Camerae

7. Hoffmann Gottfr. Daniel: *De decadis appellacionis  
speciatione Wurtembergico.*

5. Hoffmann, Johannes Daniel: *De iudicio aerarium  
Wurtembergico.*

1771.

1. Hoffmann, Gottfr. Daniel: *In Imperatoris et imperio  
Germanici in matrem*

1771

2. Hoffmann, Gottsp. Daniel: De liberae lebe et  
immediate antiquissimi collegii ordinis S. Augustini  
hui canonorum regularium congregacionis Leterarum  
sive ad I. Martinum Beuronensis in Salvia.
3. Hoffmann, Gottsp. Daniel: Positiones iusng. quinam sit  
immediate, nec ne? [!]
4. Hoffmann, Gottsp. Daniel: Patrona quedam jura et priso-  
legia S. P. Imp. liberae civitatis Memmingensis
5. Kappf, Lazarus Tecklen: De jure retribuendi et modis  
speciationis Württembergico
6. Planquette, Gottspedius: De natura et measure  
gravitatem




2. 1866. 1. 1. 1866. 1. 1. 1866.









*Br. 23. num. 27.* *229*  
**DE  
CONDICIONE FACTI  
INDEBITE PRÆSTITI.** *1769, 1.*

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ATQUE POTENTISSIMO DVCE WVRTEM-  
BERGIÆ REGNANTE

*229*  
**DOMINO  
CAROLO,** *3*  
JCTORVM ORDINIS AVCTORITATE *ET* CONSENSV  
PRÆSIDE  
EBERHARDO CHRISTOPH. CANZ,

PHILOSOPHIÆ ET IURIS VTRIVSQVE DOCTORE, HVIVSQVE PROFESSORE  
PVBLICO ORDINARIO, SERENISSIMI DVCIS CONSILIARIO,  
h. t. DECANO,

PATRONO ET PRÆCEPTORE SVO PIE VENERANDO  
PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES KITE  
CAPESSENDI


Die XII. Augus*t.* MDCCLXIX. disputabit

AUTOR

CHRISTIANVS GOTTLIEBIUS GMELIN,  
Tubioensis.

TVBINGÆ,  
LITTERIS JO. AD. SIGMVNDI.







## P R A E F A T I O.

Mirabitur forsan B. L. me thema elegisse ex materia de condicione indebiti, satis, ut videtur, & a solis Pandectarum scriptoribus excusla; sed non modo eadem plurimorum DD. de eadem scripta plures in ea doctrinas ita perturbarunt, & calagine obduxerunt, ut nova disquisitione & illustratione eandem ob causam quam maxime egeant, quo in primis mihi referre licebit de errore & ignorantia juris & facti vulgarem satis materiam, per diversas DD. circa illam opiniones quam maxime obscuratam; verum etiam il omnes, quantum quidem mihi constat, aliquas circa conditionem indebiti theses dubias plane non tetigerunt, quo in primis refero praesens thema meae dissertationis de condicione indebiti eius, quod quis fecit, de quo ne verbulum quidem per integrum studiorum academicorum curriculum legere ullibi mihi contigit, nisi quod celeberrimus VAN EK, quem solum mihi huius thematis eligendi occasionem dedisse, lubens fateor, in principiis suis iuris civillis secundum ordinem Digestorum Tit. de operis libertor. § 5. tribus saltim verbis eius, quoad operas liberti mentionem faciat; pauci alii vero, uti GROLLMANN in Diss. III. de Mutatione operarum debitarum C. VI. §. 25. & ENGELBRECHT in Diss. de operis Rusticorum §. 108. mentionem faciant remedii ex l. i. C. in quib. caus. colon. Dom. accusar. id que

A

XX

que licet de censibus saltim loquatur, ad hodiernas rusticorum operas extendant. Cum tamen quam maxime utilis, neque ab omnibus dubiis libera sit ista de conditione facti indebiti materia, hanc mecum tractare, & benevole concessa disputandi venia dissertatione inaugurali proponere constitui; audax forsan, quod nondum tractata mihi pertractanda sumam, sed certe nec plagiarius, nec expiator.

---

### § I.

#### *De Conditione indebiti in genere.*

**C**onditio indebiti in genere dicitur actio personalis ex quasi contractu, stricti juris, competens ei, qui indebitum ex ignorantia vel errore solvit, contra eum, qui solutum accepit, ad restituendum solutum cum fructibus & accessionibus. Dicitur conditio sensu specialissimo, quatenus scilicet est actio personalis, qua non Dominus repetit a Domino rem, quae antea ipsius fuit; latiori sensu enim alias conditiones non modo omnes actiones personales eas, quibus res, quae in alius dominio fuit, repetitur, sed & omnes in genere actiones personales denotare, probant § 15. *J. de action. & l. 25. pr. de O. & A.* Est actio stricti juris, quia non continetur in § 28. *J. de action.* & in genere omnes conditiones regulariter stricti juris sunt, civilis, perpetua & rei persecutoria est, adque haeredes & active & passive transit.

#### *Fundamentum conditionis indebiti.*

**§ II.** Quoad fundamentum conditionis indebiti varie DD. sentiunt, ita enim celeberrimus B O R H M E R, in *Distr. de actionibus Sent. II. C. V. §. XXVI. sqq.* fundamentum tam huius conditionis indebiti, quam & reliquarum conditionum sensu stricto sumtum statuit esse requitatem naturalem, a iure civili agnitam, adeoque conditionem indebiti immediate ex lege oriiri putat. Aequitas illa fundatur in principio l. 14. ff. de cond. indeb. quod scilicet nemo cum alterius damno debeat fieri locupletior. Verum ex quasi contractu

¶ ¶ ¶

tractu eam oriri, probat 1) § penult. 3. de obligat. que ex quasi contr.  
nascunt. ubi præmissis reliquis quasi contractibus reconseretur etiam  
indebiti solutio, & dicitur, eum, cui quis per errorem non debitum  
solvit, quasi ex contractu debere videri. In indebiti enim solutione  
partes præsumuntur ita contraxisse, ut, si appareret, indebitum fuisse  
solutum, id restitueretur ab accipiente; 2) id probat l. 13. ff. in fin.  
commodat. ubi hæc verba sunt: plerumque enim id accidit, ut extra  
id, quod ageretur, tacita obligatio nascatur, veluti cum per errorem  
indebitum solvendi causa datur. Licit igitur in l. 66. de cond. indeb.  
dicatur hæc conditio ex æquo & bono introducta, hoc tamen ita  
intelligendum, quod æquitas hic sit causa remota, quæ facit, ut  
præsumatur quasi contractus, sicuti in omnibus quasi contractibus  
æquitas naturalis semper causa remotior est. Et quidem æquitas  
nostræ conditionis fundatur omnino in Canone: Nemo cum alterius  
damno debet locupletior fieri, qui & negotiorum gestione aliorum  
que quasi contractuum fundamentum remotius est. Hinc non se-  
quitur, actio quedam ex æquo & bono introducta est, ergo imme-  
diate ex lege est; omnes enim actiones obligatione & æquitate na-  
turali quadam nituntur, sed eas omnes immediate ex lege oriri,  
quam absurdum statuere foret? Sola inter conditiones furtiva est  
actio dativa, quia immediate ex lege oritur, sine antecedente obli-  
gatione, seu alia causa efficiente; delictum enim furti non est causa  
efficiens, sed saltim causa sine qua non; alias enim, si ex delicto qua  
causa efficiente veniret, infamaret, nec daretur contra haeredes. a)  
Inter eas conditiones, quæ immediate ex lege ita oriuntur, ut lex  
obligationem quidem ex supposito hominis facto statuat, b) sed actio-  
nis nomen non edat, sunt conditiones ex legibus, ut ex l. 35. § ult.  
C. de donat. ex l. 30. C. de inoffic. testam. ex l. 32. ff. de reb. cred. ex l.  
ult. C. de aleator. ex l. 6. C. de dot. promiss. ex l. ult. C. de revocand. do-  
nat. &c. & si lex latiori sensu sumatur, etiam conditiones ex mo-  
ribus.

a) Ita & in eo a reliquis conditionibus furtiva se distinguit, quod in ea, licet constan-  
ter dicatur conditio, dominus rem suam repeatat a non domino, cum tamen alias sem-  
per non dominus rem, que ante ipsius fuit, a Domino repeatat.

b) In eo enim, quod conditio ex lege supponat statutam a lege ex facto aliquo hominis  
antecedente obligationem, differt ab actione dativa, quæ sine precedente obligatione  
constitutione, sine facto hominis statim competit, vid. FRÖMMANN Collatio actionum  
dativarum cum variis.

4

¶ ¶ ¶

### Requisita conditionis indebiti.

§ III. Liceat jam ea, quae ulteriori deductioni maxime inferunt, conditionis indebiti requisita breviter praemittere; requirit vero ea 1) ut aliquid datum, promissum, factum vel remissum fuerit; licet enim leges de conditione indebiti loquentur potissimum de conditione indebiti eius, quod datum est, eam tamen & ob promissum, remissum, vel factum aliquod obtainere, aliae nos leges docent; 2) ut illud datum, promissum, remissum vel factum ne naturaliter quidem debitum fuerit; debitum vero naturale tantum, id est, debitum omni vinculo iuris naturalis definitum, licet stricta iuris civilis ratione debeatur, a) recte repetitur; immo & id indebitum solutum, quod naturaliter quidem debetur, sed cuius obligatio naturalis a iure civili plane reprobata est, b) recte repeti potest, indebitum civile tantum, id est, quod quidem iure naturali, sed non civili debetur, ut ex pacto nudo, repeti nequit, nisi ut mox dictum, ius civile obligationem naturalem plane reprobaverit; hinc regula illa l. 26, § 3, ff. de cond. indeb. ubi dicitur, repeti indebitum solutum id posse, cui non soluto perpetua obstat exceptio, ita omnino limitanda est, nisi subsit naturalis obligatio talis, quam ius civile non plane reprobavit; 3) requiritur, ut quis indebitum solverit tanquam debitum, id est, quia creditit, se debere, seu animo, obligationi suae satisfaciendi, alias enim donasse consenserit; 4) requirunt, ut dominium alicujus rei sit translatum, sed hoc non nisi in conditione certi indebiti requiri, & sufficere alias in conditione incerti quocunque ius in alterum translatum, vel remissum, ex infra dicendis apparebit. LAUTERB. *Tractat. Synopt. tit. de condit. indeb.* § 4. 5) requirunt, ut accipiens non sit in dolo; alias enim conditio indebiti dari nequit, quia accipiens, si in dolo est, furtum commitit, idque excludit omnem dominii translationem, sed hoc iterum in sola dati indebiti conditione obtinere, patebit.

a) Huc refer id, quod vi metue extortum est.

b) Hinc secunda recte repetit solutum id, ad quod intercedendo se obligaverat, quia SC. Velleianum plane reprobat naturalem mulieris intercedentis obligationem.

### De errore & ignorantia iuris & facti.

§ IV. Sextum requisitum magis excutiendam est, ut errore vel ignorantia solutum fuerit indebitum. Error & ignorantia differunt

runt ita, ut in errore solvens aliquid se debere, falso credat, sive quod sciat aliquid, sed non recte, quo & dubitans referendus, ex ignorantia vero solvens plane nihil sciat. Quis vero hic error vel ignorantia excusat, intricata maxime quæstio est. Optime cum ipsa lege dico, regulariter errorem vel ignorantiam facti saltim conditioni indebiti locum facere, noui vero errorem iuris. *l. 2. l. 7. l. 10.* *C. de iur. & fact. ignorant. l. 9. pr. ff. eod.* Error vel ignorantia facti indistincte excusat, sive factum sit proprium, sive alienum, licet, ut infra dicetur, quoad punctum probationis hæc differentia omnino attendenda sit; quoad errorem iuris vero limitanda hæc regula ita, ut interdum & is, qui ex errore iuris vel ignorantia solvit, indebitum solutum repeatat; uti 1) si solvens sit persona, cui ius ignorare licet, quales sunt 2) pupilli, *l. 10. ff. de iur. & fact. ignor.* qui ex errore iuris solutum, ab accipiente consumtum condicione repetunt, extans vero vindicant. *l. 29 ff. de cond. indeb.* 3) foeminae, *l. 9. pr. ff. de iur. & fact. ignorant.* 3) minores, *l. ea. l.* qui & in integrum restitutioonis beneficium ex capite minorenitatis habent; 3) ex Praxi etiam milites & rustici; 2) si accipiens de lucro captando, solvens vero de damno vitando certat a) *l. 7. l. 8. ff. de iur. & fact. ignorant.* Ex hoc principio is, qui ne sciens usuras usurarum non deberi, eas solvit, condicione indebiti repetit usuras usurarum indebite solutas *l. 26. pr. & § 1. ff. de cond. indeb.* cuius exemplum affert. **BOEHMER.** in *Dottrin. de action. Sess. II. C. V. § XXVII.* Accipientis vero quæcumque sit ignorantia, non mutat naturam condicione indebiti; si vero in dolo sit, distingendum, an indebiti præstatio talis sit, quæ requirit dominii translationem, an talis, quæ non requirit; illo casu condicione indebiti non datur, b) hoc datur non obstante dolo accipientis.

- a) Ob exceptionem istam plures dari casis, ubi error iuris condicione indebiti locum facit, quam ubi non facit, per se patet, cum natura rei ita plerunque secum ferat, ut indebito solvens in damno, indebito accipiens in lucro hæreat.
- b) Conditionem enim dati indebiti requirere dominii translationem, supra dictam; ubi vero quis dolose accipit, furtum committit, adeoque dominium in ipsum non transferitur; hinc condicione furtiva potius, quam indebiti hic obtinet. *l. 18. ff. de cond. furtiv.*

XX

*Divisio conditionis indebiti in conditionem indebiti  
certi & incerti.*

§ V. Indebite datur vel certum aliquid, uti res, aut quantitas certa, vel incertum aliquid, uti si ius in alterum indebite translatum, si cautio indebite praestita vel remissa, si possessio indebite translata, si factum indebite praestitum vel remissum, si jus indebite remissum, vel indebite aliquid promissum est. Hinc nata est divisio conditionis indebiti in eam, quae certi, & in eam, quae incerti dicuntur, inter quas id interest, quod 1) in illa poena & exceptio plus petitionis possit obtinere, in hac non; 2) in illa libellus continere debeat certum petitum, in hac vero libellus incertum etiam petitum admittat; 3) quod illa requirat dominii translatiōnem, hæc vero non requirat. LAUTERBACH. *Tradat. Synopt. Tit. de cond. indeb. § 4.* Casum cautionis indebitæ praestitæ continet l. 31. ff. de cond. indeb. ubi is, qui plus, quam hæreditaria portio efficit, per errorem creditori cavit, indebiti promissi conditionem habere dicitur, & l. 1. pr. ff. ut in posses. legator. nom. ubi hæres praestitit legatario cautionem legatorum servandorum causa, quia forsan in diem debebatur legatum, adeoque statim praestari non poterat; eam tamen cautionem testator remisit; queritur, an hæres possit conditione indebiti petere liberationem a cautione? & respondetur, quod possit omnino, non modo tum, si nescivit remissionem cautionis a testatore factam, sed & tum, si scivit quidem factam a testatore cautionis remissionem, sed ex errore iuris putavit, se tamen teneri ad cautionem; immo & fidejussiones in casu cautionis indebitæ praestitæ commissa stipulatione exceptione uti possunt, quia ex ea causa intercessit satisdatio, ex qua non debuit. Casum cautionis indebitæ remissæ continet l. 39. ff. de cond. indeb. ubi is, qui, cum a fideicommissario potuit cautionem exigere, non exigit, eam cautionem, quasi plus debito solutum esset, repetere posse dicitur. De possessione indebitæ translata habemus l. 15. § 1. ff. de cond. indeb. Sed & si nummi alieni dati sint, conditione competit, ut vel possessio eorum reddatur; quemadmodum, si falso existimans, possessionem me tibi debere, alicuius rei tradidisset, condicerem. Sed & si possessionem tuam fecisset, ita, ut tibi per longi temporis prescriptionem avocari non possit, etiam sic recte tecum per indebitam conditionem agerem; Facti indebitæ praestiti ut & remitti ex-

exempla infra allegabo. Juris indebite remissi exemplum habet l. 22. ff. de cond. indeb. ubi fundus, in quo iter debebat, per errorem liber traditus est. De iure retractus indebite admisso duo notabilia exempla exhibent *Consil. Fac. Tubingens. Vol. IV. Conf. 52.* & *Vol. IX. C. 21.* ubi emtores ius retractus censualis indebite ex errore admiserunt, & conditione indebiti egerunt ad ius retractus item retrahentibus adimendum, & prædium ipsis restituendum, & sententiam viætricem obtinuerunt, quæ & firmatur verbis Magnif. Dom. D. SCHOEPFF. in *Diss. de iure retractus censualis* § 24. ubi ita scribit: *uti quoque si emtor per errorem vel plane falsis peruationibus inductus retractum admiserit, & retrahenti rem tradiderit, tunc emtor errore vel dolo probato prædium a retrahente repetere valet.* Conditionis indebiti exemplum, quæ data fuit ad revocandam requisitionem de investitura feudi ex errore factam, exhibet *FERDIN. CHRISTOPH. HARPPRECHT* in *Conf. nov. 32. n. 74.* Ita & porro in l. 1. pr. ff. de cond. sine causa is, qui promisit sine causa, obligationem condicere posse dicitur, sed non modo conditione sine causa, verum & indebiti repeti posse videtur; indebite enim facta promissio indebiti conditione repetenda, cum qua ex notoriis principiis omnino concurrit condicione sine causa generalis.

*Aequitas naturalis circa factum indebite ex errore præstitum.*

§ VI. Quid de æquitate naturali circa hanc materiam præstationis facti indebiti obtineat, paucis jam disquirere liceat. Et quidem præcipue inquirendum erit, an is, cui factum indebite præstitum, teneatur facienti aliquid pro facto suo præstare. Pro illo, cui factum præstatur, pugnat Canon: *Quod damnum tu sentis sine culpa mea, & me nescio, id ego non teneor refarcire.* Pro illo, qui factum præstat, facit Canon vulgaris: *Nemo cum alterius damno debet locupletior fieri;* atqui is, cui ego aliquid facio, meo damno fit locupletior, ergo mihi damnum refarcire tenetur. Is, cui factum præstatur, obiicere sepe potest; factum tuum mihi non proficit, vel ego nunquam tantos sumtus tali operi impendisem. Is, qui fecit, dicit: *ego tanto meliorem reddidi tuam conditionem,* tuum



rum patrimonium opera mea auctum fuit, ego, si tibi non fecissem, aliud facere potuisse tanti valoris, non æquum est, ut tu ex damno meo lucrum sentias. Plures in hac materia distinctiones etiam ipso naturali iure adhibendas esse, patet; primo enim is, cui factum præstat, sæpe scit, sibi factum ab altero ex errore vel ignorantia præstari, & dolose tacet, quia putat, se hoc modo damno facientis locupletiorem fieri posse, sæpius nescit; si scit, omnino indistincte facienti tenebitur ad omne interesse, quia, qui dolo alterius damnum incurrit, semper ab eo, qui dolum commisit, reparationem damni petere potest; si vero, & ipse nescivit, quod alter faciat indebitum, pro facto alteri regulariter præstare nihil tenebitur. Cur enim tenebitur ei, qui inscio ipsi aliquid facit? in tantum tamen tenetur, in quantum per id locupletior factus est; neque ad id solum, sed & alias adhuc circumstantias respiciendum erit, uti ex gr. fortassis is, cui aliquid factum est, nunquam tantos sumtus tali operi impendisset, interdum ad minorem, interdum ad maiorem ipsius utilitatem, vel & interdum magis ad gustum ipsius, interdum minus illud opus est. Hisce ponderatis ratione eius, cui opus factum est, in computum etiam referendum, in quantum excusationem admittat error vel ignorantia facientis, an damnum grave vel leve saltem faciens sentiat &c.

### *Definitio conditionis facti indebite præstiti.*

§ VII. Est igitur condic̄tio facti indebite præstiti actio personalis, stricti iuris, rei persecutoria, perpetua, qua is, qui indebit ex errore vel ignorantia aliquid fecit, ejusve hæredes ab eo, cui fecit, ejusve hæredibus æstimationem facti repetunt. Videtur contradic̄tio in adieicto esse, si dico: condic̄tio facti indebiti; quid enim est condic̄dere? nomine eo sensu plerumque sumitur, ut denotet repetere? quomodo vero factum repeti potest, quippe quod absolute infectum fieri nequit, adeoque nunquam ita alteri reddi potest, ut non videatur fecisse. Peccare igitur videor, quod facti conditionem statuam. Sed salva res est; 1) enim in §. f. J. de action. condic̄tio a) dicitur actio in personam esse, qua actor sibi intendit dari oportere; annon actor sibi dari oportere intendit, si facti æstimationem petit; 2) si conditione indebiti dati petitur æstimatione rei datæ deperditæ, tamen

❧

tamen manet conditio indebiti, quidni ergo in facti aestimatione pertenda idem obtinebit? 3) succurrat mihi ipsa l. 26. § 12. ff. de cond. indeb. quæ phrasí condicere operas aliquoties utitur, & tamen aestimationem pro operis præstandam esse dicit.

a) Supra enim dictum, duplicum esse significatum vocis conditio, cum latiori sensu denotet quamcunque actionem personalem, strictiori sensu eam saltem, qua non dominus repetit a Domino rem, quæ antea ipsius fuit; at hoc ultimo strictiori sensu excludi non modo furtivam, sed & nostram facti, & omnem incerti indebiti conditionem, per se patet.

*Convenientia & differentia eiusdem cum conditione  
dati indebiti.*

§ VIII. Conditionem facti indebiti in plurimis convenire cum conditione dati indebiti, per se patet, quia utraque sub eodem conditionis indebiti genere continetur. Utraque igitur descendit ex quasi contractu a), utraque est actio personalis, civilis, rei perfectoria, perpetua, & ad hæredes utrinque transitoria. Utraque requirit, ut indebitum ex errore vel ignorantia præstetur ut debitum; eodem modo in utraque continent de errore & ignorantia iuris & facti regulæ; utraque datur ad præstandum aliquid; sed & differunt, & quidem 1) in conditione dati indebiti requiritur, ut aliquid datum, in conditione facti indebiti, ut aliquid factum fuerit; 2) illa requirit dominii translationem, haec non; 3) illa repetitur regulariter eadem res, quæ data fuit, hac estimatione semper; 4) illa certi, haec semper incerti est, adeoque 5) illa requirit in libello petitionem certam, haec admittit incertam. Reliquas differentias vide infra § ult.

a) Quasi contractus in eo consistit, ut is, qui facit, cum altero de eo convenisse præsumatur, ut, si opera inveniantur indebite præstitæ, estimationem earam ab eo, cui facit, repete posse.

*Sæpe aliud petitur, quam quod præstitum fuit.*

§ IX. Factum ipsum repeti non posse, res clara est; igitur aliud quid petendum, estimatione scilicet; neque hoc naturæ conditionis indebiti repugnat, ut aliud petatur, quam quod præstitum fuit. l. 26. § 12. ff. de cond. indeb.. Ita enim haec ipsa l. 26. allegat duo



duo exempla: utpote fundum indebitum dedi, & fructus condico; vel hominem indebitum dredi, & hunc sine fraude modico distractiſti, hoc solum refundere debes, quod ex pretio habes. l. 65. § 8. ff. de condit. indeb. Ita argumento ejusdem legis ex unanimi DD. consensu re indebite data sine fraude desperita datur conditio indebiti in tantum, in quantum alter locupletior factus est. LAVTERBACH. Colleg. ff. tit. de condit. indeb. § XXIX. BOCER. Disp. VIII. de indeb. solut. § 25. HEINECCIUS. Element. iur. civil. ad ordinem ff. § 59. de condit. indeb. Ita in l. 22. ff. eod. servitus itineris petitur fundo per errorem libero tradito, quæ tamen data dici non potest; ita saepe occurrit casus, ut dati pars saltim petatur l. 26. § 4. 5. 6. ff. eod. præterim, si pars saltim indebite data fuerit; porro, si quantitas pecuniae soluta fuit indebite, non eadem corpora, sed tantum eadem summa, quæ indebite soluta fuit, repetitur l. 7. l. 19. § 2. ff. eod. quod & in aliis rebus fungibilibus obtinere videtur. BOCER. l. c.

### Requiritur factum.

§ X. Requiritur igitur in conditio[n]e facti indebite præstiti factum, quod plerumque in operis consistit, & debet esse 1) honestum, non enim audiendus est, qui propriam turpitudinem allegat; 2) iustum; nam qui iniuste aliquid facit, peccat contra leges, adeoque auxilio eorum indignus habendus; 3) alterius utilitatem promovens; nam si quis facit, quod mihi non prodest, non adest ratio, cur ipsi obliger, nisi meus interveniat dolus; 4) nudum, quod scilicet in meritis faciendi terminis consistit; hinc excluditur hic traditio & restitutio, quippe quæ facta qualificata sunt; 5) iam præstitum; nam de facto promisso aut remisso mihi sermo non est; 6) factum, quod estimationem admittit. l. 114. § 8. de legat. l. l. 41. § 8. de legat. 3. hinc fluit differentia inter operas officiales & fabriles; illæ enim, cum estimationem non admittant, non possunt repeti, licet indebite præstitæ; hæ vero, quia admittunt, indebite præstitæ condici possunt. Sed quid de divisione operarum in liberales & illiberales feniendum, quarum illæ sunt, quæ animi, hæ, quæ vel solius corporis, vel corporis & animi simul viribus præstantur; quarum illæ mercedem non admittunt, sed hæ tantum? Mercedem pro operis liberalibus indebite præstitis repeti non posse, dubium non est; cum eam

eam non admittant; sed annon salarium conditione indebiti peti possit; alia quæstio est, cum salarium sit tantum honorarium aliquod, quod actione peti nequit, sed imploratione tantum officii nobilis iudicis obtinetur. Verum enim vero dubium non est, quin & salarium, si modo cetera conditionis indebiti requisita concurrant, per illam peti possit, cum non facile hodie, nisi sub spe salarii percipienti præstari soleant operæ liberales, eæque plerunque, si non legale, certum tamen & determinatum quodammodo salarium annexum habeant, quod licet in iure honorarium saltē dicatur, in effectu tamen idem, quod merces, adeoque operarum æstimatio est. Ita & operæ liberorum obsequiales a) æstimationem non admittunt, adeoque conditione indebiti repeti nequeunt, cum & præterea natura debeantur. COTHMANN. *Responſi. iur. Vol. I. Conf. III. n. 57.*  
verq; industriales, si non leves sint, præsertim si prætentur a liberis emancipatis, repeti omnino possunt, licet plerunque earum merces potius ex tacita locatione, quam conditione indebiti petatur. Posse tamen & conditione indebiti hanc mercedem reliquis requisitis concurrentibus peti, dubium non est; queritur igitur, an & conditio indebiti, uti actio locati, qua merces petitur, privilegio illo gaudeat in concurso, vi cuius in plurimis locis mercedes famulorum, & liberorum, qui famulorum servitia præstant, omnibus hypothecis præseruntur; & puto, quod non tribuendum sit conditio indebiti istud privilegium, quia non animo obligandi, & mercedem, quam iam petit, accipiendi, quod tamen requiritur, sed animo obligationi suæ satisfaciendi, operæ præstitæ sunt. Divisiones operarum in feudales & allodiales, quorum scilicet illæ occasione feudi, hæ occasione allodi præstantur, in determinatas & indeterminatas in nostram materiam influxum non habent, cum hæ omnes modo æstimationem admittant, modo non admittant.

- a) De operis liberorum vid. C. F. HARPPECHT in *Diss. de operis liberorum, quas suis Parentibus debent ac præstant, & in alia de salario pro operis liberorum præstando.*

*Pro facto æstimatio præstanda est.*

§ XI. Cum igitur factum ipsum repeti nequeat, adeoque aliud quid pro illo repetendum sit, queritur, quid repeti oporteat? Pro  
B 2  
operis



operis alias ejusdem generis non repeti, sed aestimationem ipsarum, certum est. Ut enim alias is, qui ad factum obligatus est, liberatur praestando interesse, ita & hic res se habet. Is enim, cui factum praestatur, strictissimo iure deberet factum ipsum reddere, sed quia hoc impossibile est, nec operæ eiusdem generis reddi possunt, aestimatio ipsarum praestanda. Factum vero intelligo nudum & simplex, quod scilicet in meritis faciendo terminis consistit, non qualificatum, quale est traditio; si enim agitur conditione indebiti ob rem indebita traditam, ipsa traditio iterum a reo praestanda est; sed de facto nudo mihi sermo est, hoc enim reddi nequit, nec deberet, si posset, cum & alias, qui ad factum nudum proprium ex conventione obligatur, non præcise teneatur ad factum praestandum, sed & interesse praestando liberetur. *J. P. W. P. II. t. 17. § ult.* quod & de iure civili latius deducit *BARDILL* in *D. de Obligatione faciendo*. uti id probatur 1) ex *I. 13. §. 1. ff. de re indicat*, ubi, qui factum certum promiserat, nec praestiterat, in pecuniam numeratam condemnatus fuit adiectis verbis: sicut id evenit in omnibus faciendo obligationibus; 2) qui factum sibi stipulatur, tacite simul in facti non praestiti evenitum de praestando interesse convenisse, a lege praesumitur; *I. 3. ff. si quis in ius vocat. non. ier. I. 68. I. 72. pr. de V. O.* 3) stipulantis non intereat, an ipsum factum, an id, quod intereat, loco facti accipiat, cum præterea, si obligatus ad faciendum facere nolit, opus certo imperfectum faciat, & semper melius agat, qui interesse acceptat, quam qui factum ab invito extorquet. Aestimationem hanc præterea in primis fraudare videtur *I. 6. C. de oper. libertor.* quæ pro operis debitibus indicatis non praestitis aestimationem praestandam esse dicit, quæ lex, licet non præcise de casu nostro indebite praestitarum operarum loquatur, probabile tamen argumentum thesi meæ addit, cum eodem modo in casu operarum indebite praestitarum, quam in casu operarum debitatarum non praestitarum aestimatio fieri possit.

### *Quomodo ineunda aestimatio.*

§ XII. Aestimatio igitur facti repetenda est, sed certo hæc difficulter semper fieri poterit. Ad plures enim circumstantias respiciendum, & quidem ante omnia ad id, an in bona, an in mala fide sit is, cui factum praestatur. Priori casu, si scilicet in bona fide est, eum

eum in tantum teneri puto, in quantum ipse locupletior factus fuit per factum alterius arg. l. 65. § 8. ff. de cond. indeb. infra §. XV. explicanda, ex qua concludunt Practici, quod re indebite soluta non amplius extante in tantum teneatur accipiens, in quantum locupletior factus est, adeoque quia & factum eatenus non amplius existit, ut restituui possit, eius estimationem in tantum, in quantum alter per id locupletior factus est, restituendam esse colligo. Hinc esentiale in conditione facti indebiti requisitum est, ut alter, si in bona fide sit, per id locupletior fiat; alias enim, si is, cui factum præstatum, locupletior factus non est, & in bona fide, nihil ab eo peti poterit. Quodsi vero accipiens in mala fide est, queritur, an etiam, ut in repetitione dati indebiti obtineat condicō furtiva, cum condicō dati indebiti ob dominium non translatum ibi non possit locum habere (vid. §. IV. n. b.) an vero condicō facti indebiti non obstante dolo locum habeat? Conditionem indebiti ego potius obtinere puto, nunquam vero conditionem furtivam, & quidem 1) obcessantem rationem, condicō enim dati indebiti ideo non datur contra eum, qui mala fide accepit, quia dominium non est translatum, quod tamen illa requirit; condicō autem facti indebiti datur, licet operarum dominium nunquam transferatur, sive is, cui factum præstatur, in bona, sive in mala fide sit; ergo non adeat ratio diversitatis, cur non æque concedenda sit condicō facti indebiti, si is, cui factum præstatur, in bona fide est, ac si in mala fide est; 2) condicō furtiva hic non potest dari, quia non adeat res furtiva, neque leges unquam concedunt conditionem facti furtivam. Hoc autem casu condicō indebiti non tantum ad id, in quantum alter locupletior factus est, sed ad veram operarum estimationem datur, & ad omne interest, a) quod quia condicō indebiti stricti juris est, non quidem juramento in item affectionis, sed tamen extraordinario veritatis estimationi potest. At noui infamat hæc condicō, licet in dolo sit accipiens l. 36. ff. de cond. furtiv. cum ne ipsa quidem condicō furtiva infamet, & generalis regula sit, quod nulla condicō infamet b).

a) Ipsa enim conditione indebiti, licet sit actio stricti juris, interest peti posse, pluribus deducit Scawrona. in Vol. VI. Conf. 94. Conf. Fuc. Tab.

b) Conditiones hic eas puto, que in legibus sub speciali conditionum nomine venire solent, & precipue occurruunt in Libro XII. ff. Tit. IV. sgg. neutro vero eorum sensum,



quos supra allegavi; non latiori, alias hæc regula falleret; nec strictiori, alias conditionem facti indebiti non comprehendere.

### Explicatio l. 26. § 12. ff. de cond. indeb.

§ XIII. Potissima, quæ de condicione facti indebite præstigi agit, lex est l. 26. § 12. ff. de cond. indeb. ubi ULPIANUS libro 26. ad Edictum ita scribit: *Libertus, cum se putaret operas Patrono debere, solvit; condicere eum non posse, quamvis putans se obligatum solvit, JUlianuſ Libr. X. Digestor. scribit; natura enim operas Patrono libertus debet. Sed & si non opera Patrono sint solute, sed cum officium ab eo desideraretur, cum Patrono decidit pecunia, & solvit, repetere non potest; sed si opera Patrono exhibuit, non officiales, sed fabriles, veluti pictoriæ, vel alias, dam putat, se debere, videndum, an possit condicere; & CELSUS L. VI. Digestorum putat, eam esse causam operarum, ut non sint eadem, neque eiusdem hominis, neque eidem exhibeantur; nam plerunque robor hominis, etas temporis, opportunitasque naturalis, mutat causam operarum, & ideo nec volens quis reddere potest; sed haec, inquit, opera recipiunt estimationem, & interdum, licet aliud præstemus, inquit, aliud condicimus, utputa fundum indebitum dedi. & fractus condico, vel hominem indebitum, & hunc sine fraude modico distractiſti; nempe hoc solum refaudere debes, quod ex pretio habes, vel meis sumibus pretiosiorem hominem feci, nonne estimari haec debent? Sic & in proposito casu posse condici, quanto operas plus esse conducturus, sed si delegatus sit a Patrono officiales operas, apud MARCELLUM L. XX. Digestorum queritur, & dicit MARCELLUS, non teneri eum, nisi forte in ædificio sit, haec enim iubente Patrono & alii edendæ sunt; sed si solverit, officiales delegatis non potest condicere, neque ei, cui solvit, creditori, neque Patrono, quia natura ei debentur. Ad recte explicandam istam legem necessarium erit, quædam de operis libertorum huc pertinentia ante omnia recensere. Constat, operas libertorum esse vel officiales, vel fabriles, sive artificiales; illas esse, quæ in officio potius, quam in labore consistunt, veluti in comitando, salutando, assurgendo, negotiis Patroni curandis &c. has esse, quæ in artificio consistunt, uti fabriles stricte dictæ, pictoriæ, pistoriæ, aliæque, quæ labore aut pecuniæ præstatione, non honoris exhibitione continentur; illæ debentur Patrono a quovis liberto, licet non fuerint promissæ, sed tamen alii præter Patronum nunquam sunt edendæ, nisi in ædificio; haec vero, fabriles scilicet*

scilicet, nunquam debentur, nisi promissæ fuerint. Ita iam facilis erit legis hujus explicatio Verba: priora: *libertus cum se putaret &c.* usque ad *repetere non potest* de officialibus operis sine dubio intelligendæ sunt; has præstitas libertum condicere non posse dicitur, nam non modo natura Patrono debentur, (quod autem naturaliter debetur, ut indebitæ præstatum condici nequit,) sed & aestimationem non admittunt. Idem etiam obtinebit, si libertus transegerit cum Patrone, ut pro certa pecunia summa desisteret ab operis officialibus exigendas, nam nec pecuniam pro his operis datam repetere poterit, quia non modo operas natura deberet, sed & insuper his accedit, quod ex transactione solutum ut indebitum condici nequeat. Verba: *sed si operas &c.* de fabrilibus loquuntur, & quidem iis, quæ non promissæ sunt; promissas enim præstitas non condicunt libertus, nisi post promissionem factam de non petendis operis pactum accepterit. Non promissas vero, si præstat, dum putat, se debere, condicere posse dicitur; 1) sed opponit sibi **UL PIANVS**, operas non posse condici, cum nec a volente reddi possint, quia non possunt dari eadem operæ; sed statim subjungit ipse responsionem, operas scilicet fabriles aestimari posse, nec inusitatum esse, aliud condici, quam quod præstatum est, cuius exempla duo ipse allegat, alterum de fundo indebito dato, ejusque fructibus condicendis, alterum de homine sive servo indebito dato, ab accipiente sine dolo manumisso, & pretio exinde redacto condicendo; Ultimo verbis: *sed si delegatus JCtus proponit casum*; si Patronus jusserrit libertum, ut tertio operas officiales præstaret, hic quidem non tenetur præstare tertio, nisi in ædificio, ubi Patrono jubente & aliis edendæ sunt; quodsi tamen solverit jubente Patrono, & extra ædificium, non potest condicere, quia 1) neque ab eo, cui præstitit, quia huic contemplatione Patroni sui præstitit, neque a Patrono, cui non præstitit, & si præstisset, natura deberet, repetere potest; 2) quia in genere operæ officiales aestimationem non admittunt.

- a) Liceat hoc loco questionem movere, an libertus, qui ante factam manumissionem promisit, se operas præfitterum, & præstavit, earum aestimationem possit condicere? Constat enim ex l. 3*o* ff. de manum. refam. aliquique legibus, non teneri libertum ad operas fabriles ante manumissionem licet jurato promissas; hinc cum eas promissas non debeat, præstitas repetere posse videtur; sed neganda omnino hac questione est, & dicendum, quod libertus operas ante manumissionem promissas præstitas non possit condicere; ad eas enim præstandas, præstatum si jurato promisit, naturaliter obligatur, ubi vero subest naturalis obligatio, cessat condicione indebiti.

*Expl.*



*Explicatio l. 40. § 2. ff. de cond. indeb. l. 3. l. 6. C. de  
oper. libertor.*

§ XIV. Similes fere casus continent l. 40. § 2. ff. de cond. indeb. & l. 3. C. de oper. libertor. In priori ita scribit MARCIANUS Libr. III. Regularum: *Si pactus fuerit Patronus cum liberto, ne opera ab eo petantur, quicquid postea solutum fuerit a liberto, repeti potest.* Constat, alias etiam pactum de non petendo non modo exceptionem parere, sed & ipsam naturalem obligationem plane tollere, ita, ut mere civilis maneat; jam vero, quod mere civiliter debetur, condici potest; l. 47. ff. de cond. indeb. adeoque & alias libertus, qui cum Patrono de operis non petendis pactus est, non modo petitas exceptione pacti denegare, sed & operarum indebite præstitarum æstimationem repetere posset. Operæ hic tam officiales, quam fabriles intelligi possunt; illæ tum, si pactum de iis non petendis factum, & tamen postea libertus certam pecunia sumمام pro illis præstitus, quo causa pecunia repeti poterit, nunquam vero æstimatione operarum officiium, licet contra pactum præstitarum, quia æstimationem non admittunt. Fabriles intelligi possunt, si supponas, præcessisse pactum Patroni cum liberto, de operis fabrilibus ipsi præstandis, & pactum de non petendis istis ex post accessisse; Quodsi enim pactum illud non supponas præcessisse, inutile erit, de operis non petendis pacisci, cum nunquam fabriles debeantur, nisi promissæ. Datur igitur vi hujus legis condicito indebiti liberto, qui operas Patrono præsttit, & tamen eas non peti cum Patrono pactus est. In l. 3. C. de oper. libertor. ita scribunt Imperatores SEVERUS & ANTONINUS QUINTIANO: *Qui nummis acceptis ab extraneo servum suum manumisit, & pro operis pecuniam ab eo accepit, sive fuerant opera imposita, sive non, ut indebitum solutum reddere cogitur.* Casus legis is est: Titius Cajo stipulatione promittit certam pecunia sumمام, sub conditione, ut Caju servum suum Stichum manumittat. Caju manumittit Stichum, sed loco operarum ab ipso poscit certam pecunia sumمام. Quæritur, an hæc pecunia ut indebita soluta condici possit, & repondetur, quod possit. Ad explicandum hunc casum pauca opus erit præmittere. Nemo quidem invitus cogi potest ad servum suum manumittendum, sed si stipulatione se alteri obligat ad servum suum manumittendum, tenetur manumittere, ita ut & invito domino

domino manumissio extorquenda sit. Manumissor tamen pecunia illa non obstante Patronus erit, adeoque operæ officiales ipsi regulatiter præstandæ erunt; sed si operas officiales, se nolle petere, Cajo pro certa pecuniae summa promittit, ita non poterit eas a liberto petere, ut si pecuniam pro illis a liberto accipiat, hæc ut indebita data condici posse, ipsarum tamen operarum præstitarum æstimationem petere nequit, quia æstimationem non admittunt. Operas fabriles sibi plane non stipulari potest manumissor, quia non ex propria liberalitate, sed accepto prelio manumisit arg. l. 2. C. de oper. liberti. & l. 95. de leg. i. adeoque harum æstimationis semper ut indebitarum condici poterit, sive a Patrono impositæ fuerint, sive non. Quodsi igitur pro operis in casibus hisce substratis præstitit aliquid libertus, sive operæ promisse fuerint, sive non, id ut indebitum condicere potest libertus, a) sed hoc non conditione facti, verum dati indebiti; verum si operas fabriles in casu substrato præstiterit, conditione facti indebiti sine dubio ipsarum æstimationem petere poterit. Porro huc referenda est l. 6. C. de oper. libertor. ubi ob non præstitas a liberto, at indicatas operas ad pecuniæ exactionem obsequii non præstiti æstimationis convertenda esse dicitur, ex quo patet, operarum debitatarum non præstitarum æstimationem fieri posse & debere, & pro illis præstandam esse,

a) Qui vero sciens, se non debere operas, tamen præstitit, earum æstimationem non coacedit, quia donata censetur, l. 47. de oper. libertor.

### Explicatio l. 65. § 8. ff. de cond. indeb.

§ XV. Alius adhuc conditionis operarum indebitarum casus habetur in l. 65. § 8. ff. de cond. indeb. quæ ita dicit: *Si servum indebitum tibi dedi, eumque manumisisti, si sciens hoc fecisti, teneberis ad pretium ejus; si nesciens, non teneberis, sed propter operas ejus liberti, & ut hereditatem ejus restitus.* Proponit hæc lex casum servi indebite dati, & ab accipiente manumisisti, & distinguit, an sciverit manumissor, quod servus indebita ipsi datus fuerit, an nesciverit; priori casu pretium servi, posteriori operas ejus & accessiones tantum restituere tenetur accipiens. Operæ servi sunt fructus ipsius, l. 4. ff. de oper. libertor. hereditas, quæ per servum acquiritur, est accessione. Singulare igitur in hoc casu est, quod operæ non principaliter, sed



accessorie, non ab eo, qui operas præsttit, sed a tertio repetantur instar fructuum. Cum vero nec hoc casu operæ ipsæ reddi possint, per se patet, æstimationem ipsarum præstandam esse. Sed adhuc dubium aliquod hic textus continet: dicitur scilicet, quod, si sciens quis manumferit, pretium servi teneatur restituere, & tamen ego supra dixi, si res indebita data, & accipiens id sciverit, condicitionem furtivam, non indebiti dari, sed 1) non dicitur, quod præcise condicione indebiti petendum sit illud pretium; 2) si & condicione indebiti intelligenda esset, lex tamen loquitur de scientia accipientis, quæ fuit tempore manumissionis, non quæ fuit tempore dationis; adeoque modo tempore dationis accipiens non fuerit in dolo, dominium transfertur, & nascitur condicione indebiti.

*Explicatio Tit. C. ne opera a collatoribus exigantur, &c l. i.  
C. in quib. caus. colon. cens. Dom. accus. poss.*

§. XVI. Huc porro pertinet *Tit. C. ne opera a collator. exigantur*, ubi operarum illicite exactarum præbitionem cessare præcipiunt Imperatores VALENTINIANUS, VALENS, & GRATIANUS, unde colligit BRUNNEMANN. in *Commentar. ad h. t. i.* Dominum territorii quoad operarum præstationem haut quaquam intentionem fundatam habere contra subditos, sed eas sibi deberi afferentem præcise probare debere; 2) debitas etiam operas subditorum multiplicandas non esse, & subveniendum esse subditis, qui a Dominis suis ad immoderatas operas compellantur. Denique huc pertinet etiam *l. i. C. in quib. caus. colon. cens. Dom. accusar. poss.* ubi colonus, a quo plus debito exigitur, adire judicem iubetur, & ut plus postulari, Dominus prohibeatur, & plus datum reddit, petere, modo ultra modum exactionem probet; quæ lex, quamvis de censibus proprie saltim loquatur, ad operas tamen non immerito extenditur a GROLLMANNO *supr. allegato in Prefat. & BRUNNEMANNO ad h. l. ita*, ut & operæ indebitæ præstitæ, vel potius ipsarum æstimatio, hoc modo repeti possint; Casum, ubi census indebita exacti & præstiti, in sententia vero cum reciprocis Domini petitionibus compensati fuerunt, vide in KLOKII. *Consilior. Tom. I. Conf. 26.*

Refo-

*Resolutio legis obstantis 25. ff. de praescript. verb. & in  
fact. action.*

§ XVII. Et jam omnes leges ad thema meum pertinentes, quas reperire contigit, explicarem, nisi superessent adhuc duæ, quæ graviter obstantevidentur leges. Altera est l. 25. ff. de praescript. verb. & in fact. action. ubi ita MARCIANUS Libr. III. regularum: *Si operas fabriles quis servi vice mutua dedisset, ut totidem recipere posse eum praescriptis verbis agere, scitum si penulas dedisset, ut tunicas acciperet; nec esse hoc contrarium, quod, si per errorem opera indebitæ datae sunt, ipsæ repeti non possunt; nam aliud dando, ut aliud reddatur, obligari jure genitium possumus; quod autem indebitum datur, aut ipsum repeti debet, aut tantundem ex eodem genere, quorum neutro modo opera repeti possunt.* Dicit hæc lex, operas indebitæ præstitas repeti non posse, idque probat per sequentem syllogismum: Quod nec ipsum, nec tantundem repeti potest, id non potest indebitè repeti. A. opera. E. Aperte hæc lex contradicere videtur legibus supra allegatis. Sed salva res est. Habemus regulam in interpretando jure Romano, quod si duæ leges sibi contradicere videantur, quantum possibile est, ita explicandæ sint, ut sibi non contradicant invicem. Faciamus igitur talis interpretationis periculum, cum eam in primis suadeat supra allegata MARCIANI l. 40. § 2. ff. de cond. indeb. ubi id, quod pro operis datur indebitis, repeti posse statuit. Casus legis obstantis is est; Mevius Cajo dedit operas fabriles servi sui, ut totidem recipere, & agere poterit præscriptis verbis, ut totidem Cajus ipsi præstet, operas scilicet ejusdem generis totidem; sepius enim aliud datur, ut aliud iterum detur, cuius exemplum producit lex in penulis datis, ut quis tunicas acciperet, quarum utraque sunt diversæ vestimentorum species. Objicit sibi MARCIANVS casum: Si per errorem opera indebitæ datae sunt, ipsæ repeti non possunt. Ad vocem: *ipsæ probe attendendum erit, nam in priori casu præscriptis verbis agitur, ut aliae opera secundum conventionem præstentur, in conditione vero indebitæ nunquam opera, ne ejusdem quidem generis, sed estimatio faltim ipsarum reddi potest.* Operas igitur repetere MARCIANO dicitur, alias ejusdem generis operas pro præstitis petere. Resolvit igitur dubium sibi objectum hoc modo: Obligare ali-



quem conventione possumus, ut, cum aliud demus, aliud ejusdem generis reddat, adeoque cum operas servi nostri alteri damus, eum obligare possumus, ut nobis pro iis alias operas sui servi det. Sed in conditione indebiti res aliter se habet, ibi enim nec ipsae operæ repeti possunt, quia factum insectum fieri nequit, nec aliæ ejusdem generis, cum secundum l. 26. § 12. ff. de cond. indeb. ea sit causa operarum, ut non sint eædem, neque ejusdem hominis, cum plerumque robor hominis, ætas temporis, opportunitasque naturalis mutet causam operarum. Ergo ipsæ operæ conditione indebiti repeti nequeant, si eo sensu sumatur, operas repeteret, quo JCtus in hac lege sumit, nam nec ipsæ, nec tantundem repetuntur. Hoc modo explicata l. 25 ff. de præstr. verb. non obstat ceteris legibus supra allegatis, cum operas ipsas quidem, vel tantundem repeti non posse conditione indebiti statuat, sed nec estimationem ipsarum peti prohibeat.

### Resolutio l. 33. ff. de cond. indeb.

§ XVIII. Altera lex graviter obstat visa est l. 33. ff. de cond. indeb. ubi ita scribit IULIANVS: *Si in area tua ædificarem, & tu ædes possideres, conditionem locum non habebit, quia nullum negotium inter nos contraheretur; nam is, qui non debitam pecuniam solverit, hoc ipso aliquid negotii gerit; a) Cum autem ædificium in area sua ab alio positum dominus occupet; nullum negotium contrahit; sed & si is, qui in aliena area ædificaret, ipse possessionem tradidisset, conditionem non habebit, quia nihil accipientis faceret, sed suam rem dominus habere incipiat; & ideo constat, si quis, cum existimaret, se hæredem esse, insuam hæritarianam fulfisset, nullo alio modo, quam per retentionem, impensas servare posse. Notum est ex Tit. ff. de acquirend. rer. domin. ædificationem esse modum acquirendi dominii ob regulam: quicquid solo accedit, ut co-hæreat, ei cedit, cuius solum est; sed quatuor inædificationis dantur casus. Vel enim quis in area sua ædificat ex sua materia, & res dubio caret, vel quis ædificat ex aliena materia in solo suo, & iterum fit dominus ædificii; de his duobus casibus lex non loquitur, sed de iis duobus, si quis vel ex materia sua vel aliena in alieno solo ædificaverit, quo utroque calu domino soli cedit ædificium, sive id ipsi tradiderit ædificans, sive non tradiderit, & hoc ædificium dominium.*

nium ita in dominum soli transit, ut nec condicione indebiti illæ repeti possint. Cur igitur ædes istæ condici nequeant, videbo. Loquitur lex de condicione ædium in alieno solo ædificatarum ut indebitarum, ab ædificante instituenda, quæ igitur est condicão dati indebiti, quæ requirit, ut in alterum indebito transtulerim alicujus rei dominum. An is, cuius est folum, indebite possidet ædes ab alio in suo solo structas? Minime; nam inædificatio est modus acquirendi dominium, & temper domino soli tribuit dominium ædium in alieno solo extuctarum; ergo siue dominus soli ipse occupet has ædes, sive ab ædificante ipsi possessione eorum conferatur, nihil juris in eum ædificans transfert, quod non antea habuit, adeoque indebitum dedisse dici nequit, ergo nec condicão dati indebiti obtinebit. Sed quomodo consulendum erit ædificanti? Primo, si adhuc possidet ædificans, habet jus retentionis indistincte, si in bona fide est, & Dominus soli, si rem suam repeatat, nec impensas velit restituere, exceptione dolii mali repellit potest l. 14 ff. de dol. mal. & met. except. Si vero non amplius possidet, uti id legis nostræ casus supponit, & in bona fide est ædificans, stante quidem ædificio omnis actio stricto jure denegatur; l. 48 ff. de rei vind. & l. 14. all. sed ex æquitate DD. ipsi concedunt conditionem possessionis indebito translatæ arg. l. 22, § 1. l. 40. § 1. l. 66. ff. de tond. indeb vel & propter negotium in Domini utilitatem geltum actionem negotiorum geltorum utilem arg. l. 6. § 3. l. ult. ff. de negot. gest. l. ult. § 1. ff. de petit. hered. & l. 32. in fin. ff. de reb. cred. vel & in factum actionem arg. l. 23. § 5. ff. de rei vind. Si vero ædificans sit in mala fide, stricto jure nihil consequitur, attamen ex æquitate ipsi, si possidet, jus retentionis quoad impensas non tantum necessarias, sed & utiles conceditur; si vero dominus fundi possideat, extante ædificio officio judicis ædificanti subvenitur, sed folum, in quantum dominus locupletior factus est. arg l. 6. § 3. ff. de negot. gest. Si quis ex sua materia ædificavit, hanc diruto ædificio repeteret potest rei vindicatione, sive in bona, sive in mala fide fit. Sed ut ad meum thema etiam hanc legem applicem, querere licet, quid de conditione operarum in ædificando hoc casu præstitorum statuendum sit? si is, qui ædificavit in solo alieno, scivit, folum esse alienum, adeoque se indebito alteri operas præstare ædificando in solo ipsis, omnino non competit facti indebiti condicão, quippe quæ requirit, ut ignorans vel errans alteri factum præstite-



rim. Quodsi ego putavi, me in solo meo ædificare, & in meum  
commodum, sed solum tamen alienum est, queritur, an conditio  
operarum in ædificando indebitæ præstitarum competit, id quod  
omnino negandum, deficit enim requisitum conditionis indebiti § III.  
n. 3. allegatum, nam ædificans hoc casu non ideo operas in ædifi-  
cando adhibet, ut, quia putat, se debere, obligationi fux satisfaciat,  
sed ut proprium suum commodum promoveat; ergo non poterit lo-  
cum habere conditio indebiti. At quod negotiorum gestorum uti-  
lis actio hoc casu competit, dubium non est, cum ea omni eo casu  
competat, ubi quis intentione suum commodum promovendi alterius  
commodum promovet. Quodsi vero sciverim quidem, solum alienum  
esse, sed ex contractu vel quomodocunque me alteri ad operas  
in ædificando præstandas obligatum fuisse crediderim, queritur, an  
conditio facti indebiti obtineat; & decidendum videtur, quod non  
obtineat, quia nec ædes in alterius solo extructæ ut indebitæ condi-  
ci possunt. Sed hoc non obstante operarum æstimationem hoc casu  
condici posse, exinde concludo, quia 1) l. 33. nostra saltim de ipsis  
ædibus dicit, quod non possint condici, non vero de operis in extruc-  
tione illarum præstitis; 2) ratio, cur ædes in alieno solo extructæ  
condici nequeant, cessat in conditione operarum; nam ideo ædes con-  
dici nequeunt, quia is, cuius solum est, non indebitæ eas possidet;  
cum earum dominus fiat per modum acquirendi legitimum, inædifi-  
cationem scilicet, non demum per traditionem ædificantis; sed ope-  
ræ semper indebitæ præstitæ manent, quounque modo ædium do-  
minium transferatur, sive per inædificationem, sive per quasi tra-  
ditionem, & semper earum æstimatio peti potest, sive per eas domini-  
num aliquod transferatur, sive non; 3) omnia conditionis facti in-  
debiti requisita adfunt; adest enim factum indebitæ præstitum, ex  
ignorantia vel errore, vi cuius me obligatum putavi, dominus ve-  
ro soli, cui ædificium extruxi, locupletior factus est; nam patrimo-  
nium ipsius per ædificium ipsius solo instructum auctum est.

a) Negotium gerere hic sumi sensu latissimo, per se pater, ita, ut significet omne, quod sit  
in alterius utilitatem, uti & alias hoc sensu sumitur in l. 7. pr. ff. de negot. gest. &  
in l. 33. de V. S. non præcise quasi contractum negotiorum gestiorum.

Casus

❧ ♦ ❧

*Casus ad hodiernum usum accommodati.*

§ XIX. Patet ex allegatis legibus, præcipue in operis libertorum jure Romano obtinuisse conditionem indebiti, sed quin & in aliis factis & operis obtainuerit, dubium non est. Eodem modo & hodie ea præcipue occurrere poterit in operis rusticorum; ita sæpe contingere casus potest, & contigit, ut rustici per plures annos præstent operas, ad quas tamen se non obligatos fuisse, post longum deum temporis spatium comperiunt; quo alio modo æstimationem earum recipient, quam per eandem, de qua hactenus, conditionem facti indebiti. Sæpiissime Dominus certas operas a rusticis exigens sola præscriptione fundatur, qua corruente vincunt rustici, & æstimationem operarum hactenus indebite præstitarum repetere possunt; operas enim rusticorum pecunia æstimari posse, omnes unanimiter consentiunt, hæcque æstimatio dicitur adæratio, de qua tenenda regula ex I. o. C. de oper. liberior. quod operæ nondum præstite & nondum præstandæ, sed debitæ non nisi utraque parte consentiente, vel in cauæ necessitatibus adærari possint; operæ indictæ debite vero, si non præstite fuerunt, semper adærandæ sint. Sed & ali dantur casus, ubi hæc facti indebiti conditio occurrit; ita in servitis a Vafallo præstandis facile evenire posset, ut servitia indebita ex errore præstaret; ex gr. Vafallus non subditus non tenetur præstare servitia Domino in bello aperte injusto, præstat tamen, se obligatum putans, conditione indebiti repetere poterit servitorum istorum indebitæ præstitorum æstimationem. Porro, conductus aliquis pro certa mercede operas famuli, artis capillamenta faciendi periti, sed operas illius qua famuli tantum conductit, & mercedem inde æstimat; famulus tamen præter ordinarias a famulis præstandas operas capillamenta etiam Domino componit, & reparat, persuadens sibi, se & ad istas teneri; Post longum deum tempus comperit famulus, se ad istas operas plane non fuisse obligatum, cum illæ a famulis ordinarie non præstentur, quo modo ipsi consulendum erit? Nulla alia actione, quam conditione nostra facti indebiti repetere poterit operas in capillamentis componendis & reparandis indebitæ præstitas. Potest tamen etiam contingere, ut tacita operarum locatio inita sit, si scilicet utraque pars animo mercedem dandi & accipiendo operas locat & conductit. Alius casus hic est: Julius architectus promittit

Titio



Titio domum, LXXX. pedum altitudinis & C. latitudinis extruendam pro 5000 fl. & quidem ita contrahit, ut ipso mortuo filius jam absens, qui etiam architectus est, contractum continuet. Mortuo patre redit filius & justo errore persuasus putat, patrem domum C pedum altitudinis promisisse, & talem extruit, sola conditione facti indebiti nostra consulere sibi poterit filius, ut repeatat operarum in 10 pedibus nimiarum aestimationem, nisi adhuc possideat, quo casu habebit jus retentionis. Non vero pertinet ad casus conditionis facti indebiti conditio rei indebitae traditae; traditio enim est factum qualificatum, quod a reo omnino iterum praestari potest; neque conditio cautionis indebitae praestitae, quia datur vel promittitur aliquid indebite, non sit.

### *De conditione facti indebitae remissi.*

§ XX. Liberti, & ex analogia eorum, hodie rustici, qui ad operas tenentur, non ante eas praestare tenentur, quam si fuerint petitæ l. 13. §. 2. l. 22. l. 24. ff. de oper. libertor. quod & in Vasallis obtinet ob 2. feudor. § eti⁹ va/allus, & 2. feudor. 37. § non cogitur. nam si non petitæ fuerint, censemur remissæ. FROMMANN. de operis subditorum & maxime rusticorum §. 35. ibique allegati DD. Hinc sequitur, 1) quod is, qui operas certo tempore debitas non exegit, earum aestimationem ex post non possit petere. Quodlibi tamen ideo non indixit, quia putavit errore justo, eas sibi non deberi, non peteret ea, de qua haec tenus, conditione facti indebitae præstiti, sed facti indebitae remissi, quæ licet directa in jure nostro non occurrat, utilitatem ex mente & analogia legum 26. § 12. & l. 39. ff. de cond. indeb. concedi posset. Ex gr. tenentur rusticæ Domino suo ad operas per mensem quatuor diebus præstandas, sed hi falsis documentis inducent Dominum, ut ipsos tribus saltim per mensem diebus obstrictos putet; præstant igitur diu tribus saltim per mensem diebus operas. Agere poterit Dominus conditione facti indebitae remissi ad operarum debitaram non præstitarum aestimationem, eodem modo, uti ob cautionem indebitae remissam conditio cautionis indebitae remissæ obtinet. Sed non modo conditio indebiti, verum & actio ex eo contractu, quo operæ debentur, competit, arg. l. 72. pr. ff. de V. O. & l. 13. §. 1. ff. de re iudicat. ubi is, qui factum, quod debuit, non præstitit,

stitit, ad aestimationem teneri dicitur, & in primis arg. l. 6. C. de oper. liberior. ubi ob non praestitas a liberto indicatas operas ad pecuniae exactiōē obsequiū non praestiti aestimatio convertenda esse dicitur; 2) qui operas, quas debet quidem, sed quae non petitas sunt, praestitit, earum tamen aestimationem condicione repetrere nequit, quia naturaliter ad eas obligatus fuit; ubi vero adest naturalis obligatio, cessat condicō indebiti ob deducta supra § IV.

*An tertio detur condicō facti indebite praestiti.*

§ XXI. Illud etiam notandum, dari s̄epe conditionem indebiti alii, quam ei, qui dedit, uti expresse statuit l. 5. ff. de cond. indeb. Quæritur, igitur, an & factum tertii interdum repeti possit? de servi operis ab eo, qui servum indebitē dedit, repetendis per modum accessionis, supra jam allegavi l. 65. § 8. ff. de cond. indeb. quod & ad hodiernas rusticorum & hominum proprietariorum operas quoad Dominos ipsorum extenderē non dubito. Sed an & opera a libero homine praestitae principaliter a tertio interdum repeti possint, cui operas praestans non est subjectus, difficilior quæstio est; ab hæredē eas repeti posse, dubium non est, cum condicō indebiti ut actio rei persecutoria & active & passiō ad hæredes transeat, & hæres hoc intuitu pro una cum defuncto persona habeatur; sed de plane tertio negandū omnino est, quod is possit operas alterius hominis liberi repetere, cum ex operis indebitē a libero homine praestitis nemo, nisi qui ipse praestitit, dānum facile sentiat. Rem easū illustrabo: Hæres aliquis instituitur sub conditione, ut Titio opus faciat; Opere factō testamentum, in quo ille hæres institutus fuit, invalidum declaratur. Hæres verus non poterit factum a Titio repetrere, quia nec ipsi nec hæreditati aliquid decepsit per operas instituti hæredis, sed is solus, qui opus fecit, operarum aestimationem repetet a Titio, quia solus dānum sentit.

*De fructibus, accessionibus & usuris.*

§ XXII. In conditione dati indebiti non modo rem ipsam, sed & fructus illius, & accessiones restituendos esse, clare nos docent textus l. 15. pr. l. 26. § 12. verbis ut puta fundum. l. 65. § 8. ff. de cond. indeb.

D

indeb.

❧ ❧ ❧

*indeb. l. 38. § 2. ff. de usur.* Quæseritur igitur, an & in condicione facti indebiti illi præstandi veniant, id quod negandum mihi videtur; cum enim ipsæ operæ æstimantur, fructus ex illis eo ipso æstimati sunt; nam proprie dicendo operæ ipsæ fructus sunt *l. 4. ff. de oper. libertor.* & sine fructibus omnem æstimationem responunt. Accessiones ex operis plane non repetuntur, cum, qui ipsas operas repeteret nequit, nec accessiones illarum repeterere possit; operas autem ipsas repeti non posse, ipsa rei natura nos docet; id quod secus se habet in re desperita, vel servo indebito dato manumisso, hi enim peti principaliter possunt, adeoque tum demum, si non amplius existunt, fructus & accessiones soli ex iis debentur. Quid vero de usuris statuendum sit, magis dubium est, quod, ut recte explicem, ante omnia, an usuræ ex condicione dati indebiti veniant, ostendere debo. Jure Romano res dubio caret, quod ex condicione indebiti usuræ non debeantur ob *l. 1. C. de condit. indeb.* cum præterea sit actio stricti juris, quæ non continetur in *§. 28. f. de action.* ubi citra vinculum stipulationis usuræ non debentur. At ex legibus Imperii præstationem earum velle videtur *Recess. Imp. noviss. 6. Anlangend die 174.* qui in mutuo usuras ex mora præstandas esse disponit, & ex quo colligunt, hodie etiam in omnibus aliis stricti juris actionibus, præsertim condicione indebiti, alias condicione mutui semper æquiparata, deberi usuras; Verum hanc dispositionem ad alios præter mutuum contratus minime esse extendendam, probavit HARPPRECHT. in *Conf. IV. n. 254. 255.* FROMMANN. *Different. actionum b. f. Et srl. jur. th. 10.* qui & præjudicium desuper allegat. ex CARPOV. *Jprd. forens. P. II. C. 30. defin. 18.* SCHWEDER. *Conf. Tubing Vol. VI. Conf. 94. fere tot.* GRASS. in *Collat. jur. civil. cum recess. Imper. Sess. VI. § 1. p. m. 270. sqq.* qui & expresse scribit, in condicione indebiti tribus vicibus saltim eo tempore, quo ipse membrum facultatis juridicæ in hac alma EBERHARDINA fuerit, etiam ad judices extraneos hoc modo respondisse inclytam facultatem, quod scilicet ex illa usuræ non debeantur. Neque obstat, quod, quia fructus ex nostra condicione indebiti debentur, etiam usuræ, quæ scilicet fructus civiles sunt, præstandæ esse videantur ob *l. 34. ff. de usur.* cum non modo in condicione indebiti lex expresse statuat exceptionem ab hac regula, sed & alias major semper fructum, quam usurarum favor sit. Eodem modo se rem & in condicione facti indebiti habere, res ipsa demonstrat.

strat, cum ratio differentiae statuendae non appareat, & licet ex facto ipso usuræ præstari non possent, ea tamen, si deberentur, computandæ essent secundum quantitatem æstimationis. Ubi igitur hæc contraria consuetudo obtinet, ut usuræ ex conditione indebiti præstentur, (quam in aliquibus locis obtainere, negari nequit,) ibi in conditione facti indebiti illæ computandæ erunt secundum quantitatem eam, qua factum æstimatur. Illud adhuc notandum, in conditione facti indebiti, si dolus accipientis accedit, usuræ loco interesse interdum peti posse, quatenus id usuris contradistinctum consistit in eo, quod respiciat lucrum cessans & damnum emergens, certis in terminis non inclusum, idque probandum ab eo, qui illud petit, & tum probatur, si exigens illud ostendat, aut doceat, se facile operis suis tantundem lucrari, & si æstimationem earum accepisset, quotannis ex æstimatione quinque pro centum licto modo foenerari potuisse.

SCHWEDER. Vol. VI. C. 94. n. 47.

*De libello conditionis facti indebite præstiti.*

§ XXIII. Hisce præmissis jam facile erit, struere libellum. Præcedente enim honorifica indicis compellatione aliisque primo factum clare, nervose, & breviter narratur, cum circumstantiis omnibus, quæ ad conditionem hanc fundandam absolute requiruntur; tum allegandum, quod jure reus actori teneatur præstare operarum æstimationem, cui denique conveniens petitum adjicitur, ut scilicet reus operarum indebiti præstitarum æstimationem, interdum & interesse præstet. Aestimatio statim adjicienda est. Ex prædictis igitur § XVIII. exemplis libellos conditionis indebiti hoc modo struerem:

*I. Libellus conditionis operarum indebite præstitarum, cum  
mulatae cum actione negatoria utili.*

Es hat der Herr dieses Dorfes, Herr von N. schon seit 15 Jahren von uns monatlich 4 Tagdienste begehret, welche wir ihm auch auf sein des Pfarrers und Amtmanns Zureden geleistet, weil sie uns beredten, daß wir dazu von Rechterswegen verbunden wären. Es hat sich aber seit kurzer Zeit aus dem von ungesieht wieder vorgefundenen Lagerbuch unseres



Dorfes gezeigt, daß wir des Monats nicht zu 4, sondern nur zu 3 Tagdiensten gehalten seyn, daher wir, so bald wir dieses erfahren, dem Hrn. von N. nicht nur den 4ten Tagdienst ferner zu thun, uns verweigert, sondern auch von ihm den Werth der seit 15 Jahren wieder unsere Schuldigkeit geleisteten 4ten Tagdienste gefordert. Es wagtet sich aber dem unerachtet Herr von N. nicht nur, uns die wieder unsere Schuldigkeit geleisteten Dienste zu ersezzen, sondern will uns so gar zwingen, daß wir ihm noch ferner des Monats 3 Tagdienste leisten. Da aber aus dem sub litera A. beylegenden Lagerbuch deutlich erhellet, daß wir dem Hrn. von N. nicht weiter als monatlich 3 Tagdienste schuldig seyn, und wir also ihm wieder unsere Schuldigkeit 15 Jahre lang alle Monate einen Tagdienst zu viel gethan haben, welches, da bey uns ein Tagdienst bekanntlich auf 12 fl. geschätz wird, 1800 fl. ausmacht, und aber bekannten Rechten nach derjenige, dem man, ohne ihm verbunden zu seyn, Dienste leistet, demjenigen, der sie leistet, den Werth derselben ersezzen muß, so bitten wir zu erkennen und zu sprechen, daß wir nicht nur dem Hrn. von N. des Monats nicht weiter als 3 Tagdienste schuldig seyn, sondern daß er uns auch den Werth, der seit 15 Jahren wieder unsere Schuldigkeit geleisteten Dienste, der sich auf 1800 fl. belaufft, zu erstatten schuldig und verbunden seye. Desuper &c.

*Adiutorium II. Libellus conditionis operarum indebito a famulo  
præstitarum.*

iii Es hat Herr D. TITIUS vor 6 Jahren mich als seinen Bedienten zu sich verdinget, und mir jährlich nebst Logis, Kost und einem Kleid 12 fl. zu geben versprochen. Ich versah in diesen 6 Jahren nicht nur als Bedienter meine Dienste sehr redlich, welches mein Herr selbsten oft bezeuget hat, sondern außer den ordinären Diensten, die ich als Bedienter ihm schuldig ware, machte ich ihm noch alle Jahre 2 Peruquen, und besserte sie sehr oft wieder aus, weil ich glaubte, als Bedienter das zu verbunden zu seyn. Da ich aber nun seit 14 Tagen aus Hrn. D. TITIUS Diensten gegangen, so habe ich erst erfahren, daß ich als Bedienter gar nicht schuldig ware, ihm Peruquen zu machen, und auszubessern, indem ich ihm nicht meine Dienste in der Peruquennacherkunst, sondern nur als ordentlicher Bedienter verdingt. Weil demnach mein Herr schuldig ware, mit den Werth der Dienste, die ich ihm in Peruquennachen und

und auebessern gethan, zu ersehen, so habe ich solchen indessen etlichmal von ihm gefordert, aber niemalen nichts in Güte von ihm erhalten können; ich sahe mich demnach genöthiget, einen Hochgeehrtesten Hrn. Richter deswegen anzugehen, zu erkennen und zu sprechen, daß Herr TITIUS mir den Werth der Dienste, die ich ihm als Verquenmacher seit 6 Jahren geleistet, und der sich laut beygehender Rechnung sub litera A. auf 54 fl. belauft, zu ersetzen schuldig und verbunden seye. Desuper &c.

*III. Libellus conditionis operarum indebite praestitarum  
ab architecto.*

Es hat mein sel. Vater laut beygehenden Contracts sub litera A. beflagtem Titio ein Haus von 80 Schuh hoch, und 100 Schuh breit vor 1000 fl. zu bauen versprochen, und in dem Fall, daß er vor Endigung des Baues mit Tode abgehen sollte, ihm versprochen, daß er mich persuadiren wollte, den Bau um diesen Preis fortzusetzen. Mein Vater schrieb mir sogleich den Contract, setzte aber in dem sub litera B. beyhgenden Brief statt 80 Schuh hoch, 100 Schuh hoch; und ich versprach meinem Vater, weil ich ihm gehorsam seyn wollte, den Bau um eben den Preis fortzusetzen. Als nun mein Vater vor einem Jahre noch vor Endigung des Baues verstarb, kam ich hieher, und weil ich wegen meines Vaters Brief in der irrigen Meinung stand, daß ich verbunden wäre, es 100 Schuhe hoch zu bauen, und der Contract meines Vaters, aus dem ich mich eines bessern hätte belehren können, verloren gegangen, baute ich es 100 Schuhe hoch, und 100 Schuhe breit. Da aber nun aus heiligen Contract sub litera A. offenbar ist, daß ich wieder meine Schuldigkeit 20 Schuh zu hoch gebaut, und über die Billigkeit und die Rechte erfordern, daß demjenigen, der aus einem rechtmäßigen Irrthum dem andern Dienste leistet, der Werth der Dienste von diesem ersetzt werde, so bitte zu erkennen und zu sprechen, daß mir TITIUS den Werth der Dienste, die ich ihm in denen zu hoch gebauten 20 Schuhn geleistet, und den ich auf 1000 fl. schäze, zu ersetzen schuldig und verbunden seye. Desuper &c.

*De probatione in conditione facti indebita praestiti.*

§ XXIV. Libello proposito queritur, quid uterque probandum habeat, ubi plures adhibende sunt distinctiones. Si scilicet  
D. 3. 1) reus



1) reus negat factum ab auctore praestitum, reus id probare debet;  
 2) quoad indebiti probationem, si reus ab initio statim praestationem  
 facti confessus fuerit, distinguendum, an auctor totum, quod praes-  
 titit, factum indebitum dicat, an partem tantum? si partem tan-  
 tum, tum auctor sine distinctione probare debet, pro parte factum  
 indebito esse praestitum; si vero totum factum indebito fuisse praestit-  
 tum dicit, tum regulariter iterum auctor semper tenetur probare,  
 nisi simpliciter indebitum fuisse dicat, & praestans factum fuerit ho-  
 mo, alias minus diligens, mulier, pupillus, minor aut rusticus,  
 quo casu reo probatio incumbit, debitum fuisse factum, quod praestitum  
 est; quodsi vero reus ab initio negavit, factum praestitum  
 fuisse, & auctor contrarium probat, tum reus in poenam mendacii  
 tenetur probare, quod debite factum fuerit praestitum; l. 25 ff. de  
 probat. 3) Quod ignorantiam probandam distinguendum inter igno-  
 rantiam iuris & facti, & quoad ignorantiam facti iterum distinguendu-  
 dum inter ignorantiam facti alieni & proprii. Ignorantia facti alieni  
 semper presumitur, nec ab auctore probanda, sed a reo scientia  
 probanda est, nisi factum notorium sit, quo casu iterum auctor igno-  
 rantiam probare debet; in facto proprio ignorantia non presumitur,  
 sed ab auctore probanda est, nisi factum hoc sit quam maxime anti-  
 quum, vel intricatum, quo casu reo scientiae probatio incumbit;  
 Ignorantia iuris in personis, quibus ius ignorare licet, presumitur,  
 uti & tum, si ius sit quam maxime intricatum, vel si extraneus, se  
 ius provinciale nescire dicat; alias vero non presumitur, licet levibus  
 administris accidentibus probata censeatur, si auctor de damno  
 vitando, reus autem de lucro captando certet; 4) in conditione fa-  
 cti indebiti, si reus in bona fide est, auctor probare debet, quod reus  
 locupletior factus sit, alias enim, si reus se locupletiorem non fa-  
 ctum esse dicat, nihil obtinebit auctor; 5) si reus in mala fide est, &  
 auctor petit aestimationem cum interesse, auctor non modo dolum ac-  
 cipientis a) sed & b) interesse suum probare debet, quod ultimum  
 tamen iuramento in item veritatis aestimari potest, nunquam vero  
 iuramento affectionis, quippe quod excludit semper indebiti condi-  
 tio, ut stricti iuris actio.

a) Statuunt quidem BRUNNEMANN ad Tir. C. ne rufit ad ull. obsequi BALTHASAR  
 de operis subditorum. C. 9. versi. verum. KLOK. Tom. I. Corf. 26. n. 30. aliquie.  
 operas indebito praestitas impressione ac vi domini extortas presumi, adeoque vi hu-  
 ius

**Ius theses probato indebito non amplius opus esset probatione doli, qui scilicet iam prasumeretur, sed thesin hanc de prasumtione vitiosae operarum quasi possesiones ad solas novas, inhumanae, insolitas & intolerabiles refringendam esse, recte docet H A U F E R E C H T Conf. nov. 4. n. 423. ex ratione, quod rufici, si opera ab ipsis indebito exigentur, vel contradicuntur, vel immunitatem suam mordicus propugnatur vel ad superiori illico recursu intelligentur, n. 425. ibid, alias vero pro Domini prasumendum esse, prasertim ecclesiasticis; quare & ab onere probandi hoc casu Dominum absolvit L A U T E R B A C H, Vol. II Conf. 23. n. 25. idque iis imponit, qui operas indebitas esse afferunt.**

**Quando cesseret condicō facti indebiti?**

§ XXV. Cessat condicō facti indebiti ob defectum eorum, quæ leges in ipsa requirunt. Cessat igitur 1) si nihil factum fuerit; 2) si factum fuerit debitum; licet enim is, qui ad factum obligatus est, si nondum fecerit, posuit præstantio interesse se liberare, facto tamen præstito elecio hæc per rei naturam reo ademta est; idque obtinet, etiamsi factum solo naturali, non vero civili iure debeatur; nam naturaliter obligatus ad factum id non repetit, licet iure civili obligatus non sit, nisi a iure Civili plane reprobata sit naturalis obligatio, 3) si pietatis causa indebitum solutum est; 4) si ex causa iudicati l. 1. C. de cond. indeb vel 5) transactionis vel 6) ex iureinurando præstitum fuerit 7) si factum præstitum fuerit in causis, in quibus lis inficiando crescit, quia ibi transactum suffice videtur; 8) si quis sciverit, se non debere factum præstare, is enim donandi animo factum præstitisse censetur; 9) si quis errore iuris factum præstiterit sub limitatio nibus supra § IV. allegatis; 10) si is, cui factum præstatur, in bona fide nec locupletior factus sit; 11) queritur, an & renunciatione cesset hoc remedium; ubi distinguendum, an renunciatio fiat eo tempore, quo indebitum esse nondum novit faciens, an eo tempore, quo iam novit; priori casu renunciatio non tollit conditionem indebiti, quia ex eodem errore facta est, ex quo facti indebiti præstatio. arg. l. ult. § 3. ff. de cond. indeb. posteriori casu renunciatio omnino valebit; quia instar donationis est, modo tum omnia donationis habeat requisita. Liceat hoc loco annexere casum ex l. 80. § 1. ff. ad L. Falcid. ubi heres iubetur legatario opus certum facere, & lege ad id totum præstandum teneri dicitur, licet per illud Falcidja haedatur, quia factum divisionem non recipit. Quæ ritur igitur, an conditione facti indebiti haeres estimationem repetere possit, & negatur, 1) quia error plane non adest, nec 2) indebitum, quia ob individuatatem facti ad inter-



integrum illud præstandum obligatus est. Attamen hoc remedio ipsa lex hæredi succurri posse dicit, ut æstimatione facta legati denuntiet legatario, ut partem æstimationis inferat; si non inferat, utatur adversus eum exceptione dolii mali. Et hoc in aliis etiam rebus individuis legatis obtinet ex ead. l. 80, § 1. & l. 7. cod. tit. quod & confirmat expresse J. P. W. P. III. t. 25. § und weil.

*Exceptiones conditioni facti indebiti præstiti obstantes.*

§ XXVI. Exceptiones, quæ conditioni indebiti in genere opponi possunt, ex supra diétis plurimæ patent, uti 1) quod actor scivit indebitum, non vero, quod dubitaverit; l. ult. C. de cond. indeb. 2) quod naturalis obligatio a lege non reprobata adsit, 3) datum esse ex transactione, vel re judicata, vel jurejurando; 4) errorum juris intercessisse; 5) præstitum fuisse indebitum in causis, in quibus lis inficiando crevit. Conditioni vero facti indebiti in specie adhuc obstant 6) exceptio, ego non sum factus locupletior, qua opposita reus contrarium probare tenetur; si & interesse petitur, reus opponit 7) ego fui in bona fide; 8) obstat etiam exceptio iustæ æstimationis. Quoad dilatorias exceptiones patet ex § V. conditioni facti indebiti non posse opponi exceptionem libelli incerti, quia est conditionis incerti, quæ talem libellum admittit; nec opponi posse exceptionem plus petitionis ex eadem ratione, ob quam etiam nunquam poena plus petitionis tenebitur actor, qui plus justo operas suas æstimavit.

*Differentiae conditionis facti indebiti præstiti ab aliis actionibus.*

§ XXVII. Conditionis facti indebiti natura jam cognita licet inquirere, quibus ea modis differat ab actionibus, quæ simillimæ ipsi videntur, quarum prima est actio negotiorum gestorum utilis contraaria, sive utilem stricte dictam, sive in factum dativam intelligas; (nam a directa contraria differre conditionem nostram, nemo dubitat, cum in illa sciens aliquis alterius negotia gerere supponatur). Actio vero negotiorum gestorum utilis datur, quoties unum alterumve directæ actionis requisitum deficit, ex gr. si quis rem alterius, quam suam putat, administrat, animo suum negotium gerendi l. ult. ff. de negot. g. 3. si quis negotia Titii gerere volunt Mevii gerit. Hæcque utilis contraria cum conditione nostra facti

facti indebito prestiti in multis convenit, nam in illa & que ut in hac indebito  
 aliquid ab ignorante prestatur, utraque est actio civilis, personalis ex  
 quasi contractu, rei persecutoria, & ad heredes transitoria; sed & plurimis  
 modis differunt, & quidem 1) condictio facti indebito prestiti semper supponit, quod ego errore me alteri obligatum putaverim, & ob hunc errorem  
 alteri factum prestiterim, in actione vero negotiorum gestorum utili error  
 vel plane non requiritur, vel non in eo consistit, quod ego putaverim, me alteri  
 ad factum obligari, sed quia putavi, me negotia mea gerere, qua tamen  
 aliena sunt, vel Titii, quae Mervii sunt; hic enim non ea intentione ego fa-  
 ctum presto, ut obligationi meae erga tertium satisfaciam, ut in illa; 2) illa  
 stricti iuris, haec bona fidei est a) ex quo in effectu plures fluunt differen-  
 tie, nam ideo a) in illa multo restrictior est iudicis potestas, ac in hac;  
 b) in illa usura non debentur, at in hac; 2) illa non admittit iuramentum in  
 item affectionis, at haec. Ut res clarior fiat, proponam casum actionis ne-  
 gotiorum gestorum utilis. Exercitus quidam hostilis cogit rusticos pagi A.  
 ut in sylva nobilis de N. ligna pro ipso cedant; cesis his lignis utitur exer-  
 citus, dum in pago est, sed mox discedit magna lignorum parte, relicta.  
 Nobilis de N. igitur, in cuius dominio erat sylva, haec ligna ab hostibus re-  
 licta sibi vindicat, eaque rusticci nobili tradunt; sed traditione facta conve-  
 niunt nobilem ad mercedem prestandam pro cesione lignorum eorum, quae  
 restitute fuerunt nobili. Statim appetet, hic locum habere non posse con-  
 ditionem indebiti, cum error non consistat in eo, quod rusticci crediderint,  
 se domino de N. obligatos fuisse ad cedenda ligna, & animo, suae obliga-  
 tionis satisfaciendi cediderint ligna; sed vel plane non adest, vel in eo con-  
 silit, quod rusticci ligna, quae a militibus cedere coacti fuerunt, domino  
 gratis tradididerint; potuerint enim ligna iure retentionis servare, usque dum  
 merces ipsis pro cesura prestita fuisset. Obtinet igitur hoc casu non facti  
 indebito condictio, sed negotiorum gestorum utilis actio, adeoque & usuras  
 mercedis rusticci petere poterunt, & iuramento in item affectionis, si dolose  
 mercedem denegat Dominus, eam cum interesse estimare. Ita porro condicti  
 facti indebiti sumillima spae videri possit actioni locati; b) dari enim tacitam  
 operarum non modo relocationem, sed & locationem certum est; & tum, si  
 tacita eiusmodi locatio intervenit, non conditione nostra facti indebiti, sed  
 actione locati merces petenda erit, quae ab illa multum differt; 1) enim illa  
 ex quasi, haec ex vero contractu oritur, tacitus enim contractus verus, non  
 quasi contractus est, & ab hoc differt, quod tacitus contractus supponit fa-  
 ctum, quod consensum in verum contractum necessario includit; in quasi  
 contractu autem consensus presumitur a lege, licet vel nullo facto hunc  
 consensum partes ostendant; a) in tacita locatione is, qui prestat operas,

◆ ◆ ◆

non putat ex errore, se obligatum esse ad operas præstandas, uti is, qui indebitas operas præstat, sed animo alterum sibi obligandi, & mercedem pro operis accipendi operas locat; 3) actio locati conductus est bona fidei, conditio nostra stricti juris, unde quam plurimæ ex supradictis clarae derivari possunt differentiae.

a) Utilem enim cum directa in effectu eandem esse, probat l. 47. § 1. ff de negot. gest.

b) Actio ista ex locatione tacita institutus præstans a liberis, qui concursu creditorum super bonis Parentum excitato operarum industrialium mercedem repetunt, ex tacita locatione debitam.

*Actiones, quæ cum conditione facti indebitæ præstiti concurrunt.*

§ XXVIII. Et iam, quæ actiones cum conditione nostra facti indebiti concurrere possunt, brevibus tangam; & primo de restitutione in integrum, an ea elective cum nostra actione concurrere possit, videbo. Constat enim, ex clausula Prætoris generali, si qua alia iusta causa milii videbitur, dari etiam restitutionem in integrum ob iustum errorem vel ignorantiam l. 2. ff. de in integr. restitut. l. 1. § 6. ff. quod fals. tutor. autor. § 33. f. de action. si quis igitur factum ex errore vel ignorantia indebitè præstiterit, queritur, an detue ipsi restitutio in integrum, quod ipse nego; nam restitutio in integrum ex clausula generali non datur, nisi ad id, ut res restituatur in pristinum statum; quomodo vero, quod factum est, in pristinum statum reduci poterit, cum absolute factum infectum fieri nequeat; quod vero aſſumptione facti præstitia res in pristinum statum reducta dici possit, nemo statuet. Quod conditio sine causa cum conditione nostra facti indebiti concurrat, iterum nego hoc modo: Conditio sine causa vel generalis vel specialis est; illa omnes conditiones comprehendit in Libr. ff. XII. Tit. IV. ad fine usque occurrentes, & si instituitur, semper naturam eius conditionis, quæ specialiter instituenda esset, induit; specialis tum datur, si alia conditio obtinere nequit, & tamen alter sine causa rem meam possidet. Illa, si in nostro casu instituitur, induit ipsam naturam conditionis facti indebiti, adeoque nullo modo ab ipsa differt, nisi quod in libello loco verborum: Weil nun aber richtig, daß ich Beklagtem wider meine Schuldigkeit diese Dienste geleistet, ponantur verba: Weil ich nun aber gar keine Ursache einsiehe, warum ich Beklagtem diese Dienste zu thun, verbunden gewesen wäre, adeoque improprii satis concurrere dicitur, haec, scilicet specialis non competit, si alia conditio competit, adeoque omnem concurrentiam respuit. Ita nec conditionem fortivam cum nostra conditione elective concurrere posse, ex iis, quæ § XI. dicta sunt, patet, cum præterea ne quidem cum conditione dati indebiti elective concurrere possit. Aut enim in hac accipiens fuit in bona fide, aut fuit in dolo;

si fuit

si fuit in bona fide, dominium transfertur, nec furtum committitur; adeo que conditio indebiti quidem, nunquam vero furtiva hoc casu obtinet; si fuit in dolo, furtum commisit, adeoque dominium in ipsum non transfert; hinc obtinet quidem conditio furtiva, sed ob dominium non translatum excluditur conditio indebiti. Cumulative cum conditione facti indebiti nulla actio concurrit ex eodem fundamento; sed ex pluribus fundamentis plures omnia concurrere possunt, cuius exemplum adduxi in casu I. § XXV. allegato, ubi rufici non modo operarum indebiti praestitarum estimationem conditione facti indebiti, sed & actione negatoria utili, se ab his operis & in posterum liberos declarari petunt. Ita & aliae actiones concurrere inumeris modis possunt. Hoc solum quoad negotiorum utilem notandum, quod, si concurrat cum conditione facti indebiti, ipsi plerumque præjudicialis sit; quodsi enim in negotioria vincit actor, indebiti punctum probatum est; si vincitur, debitum probatum est, adeoque conditio indebiti corruit. Quid de iure retentionis circa præstationem facti indebiti statuendum sit, paucis adhuc examinabimus. Constat, ius retentionis toties competere, quoties alter mihi aliiquid debet, & ego eius rem sine vitio possideo, nec specialis aliqua legis dispositio mihi obstat; cur igitur illud ob præstationem facti indebiti non poslit obtinere, non video; ita in casu III. § XXIII. allegato architectus filius dominum iure retentionis habere poterit, usque dum operarum indebitarum estimationis ipsi præstetur; immo non requiritur, ut præcise in re, circa quam factum præstitum, ius retentionis exerceatur, sed exerceri id potest in omni re ab eo, qui factum præsistit, sine viuo possessa, modo sit eius, cui factum præstitum est, cum nullib[ile]ges id requirent, ut causa retinendi rei cohereat. Magnif. Dn. D. SCHEPPE. in Conf. Tub. Vol. VIII. C. 74 n. 117. Tacitum pignus autem in re, circa quam factum præstitum, ei, qui factum præstiti, non competit, sive is reu[n]t adhuc retineat, sive iam tradiderit, cum nullibi illud lex concedat.

¶ Ita cum conditione nostra conditio dati indebiti cumulative ex alio fundamento concurrens poterit, si scilicet, qui indebiti fecit, simul indebiti dedit. Ita in primis etiam actio iniuriarum eo casu, si opere indebiti verbis subinde injuriosis imperatae fuerint, concurret cumulative; ita & actio L. Aquillae, si verberibus imperatae fuerint opera, ad danni datiréparationem sine dubio competit.

*An & aliae actiones interdum ad estimationem facti dantur?*

§ XXIX. Videndum jam paucis an & aliæ interdum actiones, in primis conditiones illæ stricte dictæ, Libro II. XI. Tit. IV. sqq. & initio Libr. XIII. propositæ ad estimationem facti petendam competant. Prima harum conditionum est causa data, causam non secuta, sive ob causam non secutam,



quæ vi nominis ipsius obtinere non potest, si factum præstitum ob causam  
 aliquam futuram l. 5. § 3. ff. de prescript. verb. Sed pone casum, præstitut  
 aliquis operas Mevio, ut hic pro iis operis præstitis ipsi det aut faciat ali  
 quid; erit contractus innominatus, scilicet facio uides, vel facio, ut facias.  
 Quomodo igitur consulere sibi poterit, qui operas jam præstitit, cum con  
 dictio causa data, causa non secuta non obtineat? actionem quidem de do  
 lo subsidiariam ipsa l. 5. § 3. ff. de prescript. verb. hoc casu affligat, attamen  
 Praxis hoc in casu concedit actionem præscriptis verbis teste LAVTER. in Col  
 legio ff. § XIV. de prescript. verb. & in fact. action. ad contractum imple  
 dum, si ad dandum alter obligatus est, dando, si ad faciendum, faciendo, vel  
 intereste præstando. a) An condicatio ob turpem vel injustam causam, si ob eam  
 factum præstitum, competit ad facti æstimationem, difficilior quæstio est.  
 Pone casum: Minatur Cajus, se Titium absenteum, si rediret, accusatione cri  
 minali convertetur super quocunque delicto, quod falso ipsi affingit. Titii fra  
 ter Cajo offert operas suas in quocunque certo artificio, ut defissat ab accusa  
 tione, & præstat. Præstitus his operis reddit Titius, & falso sibi delictum im  
 putatum fuisse, aperte probat. Quomodo frater Titii repeter operas ob tur  
 pem causam præstas? Lex quidem ob factum ob turpem causam præstitum  
 non expressi concedit conditionem ob turpem causam, attamen utilem hoc  
 casu ex mente legum concedere non dubitarem; sed & si hanc non concede  
 res, posset tamen semper adhuc obtinere actio de dolo generalis in subsidium  
 De conditione sine causa jam supra dictum § XXVI. Condicatio furtiva ob  
 factum præstitum non obtinet. Condicatio ex lege nunquam ad facti æstima  
 tionem conceditur. De conditione triticiaria, quippe cuius objectum solæ res  
 fungibles sunt, sermo non est. Sed optime hoc quadrans exemplum actio  
 nis, qua operarum æstimatio petitur, habemus in actione locati; quid enim  
 aliud merces est, quam æstimatio operarum? Præterea in omni actione,  
 qua agitur contra eum, qui ad factum obligatus est, in casum facti non præ  
 stiti ad ejus æstimationem agitur, quæ scilicet potissimum & interesse caput  
 facit. In eo tamen hic casus ultimus a reliquis differt, quod in eo non is, qui  
 factum præstuit, sed is, cui factum præstandum erat, ad ejus æstimationem  
 agat. Ita ad operarum præteriorum, quas subdit non præstiterunt, sed in  
 juste & contumaciter detreclarunt, æstimationem sine dubio actio datur ex  
 eo contractu, ex quo operæ debentur, l. 6. C. de oper. libertor. Ita arg. l. 10.  
 § 1. & § 2. ff. commun. divid. si servus duobus communis uni operas præsti  
 tit, quas utriusque debebat, is, cui operæ non sunt præstite, ab eo, cui præsti  
 te sunt, in judicio communi dividendo repetet æstimationem operarum;  
 quas servus sibi debebat præstare, unde & porro DD. concludunt, quod si  
 uetus ex dominis integro vasallo utatur, quo reliqui etiam indigebant, v. gr.

in militia, his actione communi dividendo cautum sit; STRUV. *Syntagma jur. feudal.* C. II. § 7, n. 4, quod & ad operas allodiales applicat GROLLMANN. in *Diss. de operarum debitaram mutatione* C. II. §. 8, ut singuli ex pluribus liberis, qui hæreditatem Patris pro individuo possident, jus exigendi in solidum quidem habeant, sed tamen, si uni præstite fuerint, æquitas, ut easdem alii præstent, non patiatur, adeoque hi æstimationem operarum, quæ sibi præstande fuissent, ab eo, cui in solidum præstite sunt, repetant; Ita porro ex L. Aquilavi interdum peti poterit operarum æstimatione, si scilicet homini damnum ita datum est, ut operis suis acquirere non amplius possit l. 3. ff. si quadrup. pauper. fec. dicat. l. ult. ff. de his, qui effud. vel deiec. Ita per consequentiam & loco interesse vel accessionis sèpius opera peti possunt iis actionibus, quibus homo proprius vel rusticus vindicatur, vel quia fugitivus est, vel ab alio dolose surreptus.

a) De theoria enim hoc in casu actionem præscriptis verbis non obtinere, ex verbis legis clare patet, quæ scilicet ita scribit: quodsi faciam, ut des, & posteaquam feci, cefas dare, nulla erit civilis actio, sed de dolo dabitur; clare enim haec lex omnem actionem denegat, ideoque actionem de dolo concedit, quæ tamen notorie non nisi tum, si omnis alia actio deficit, in subsidium competit.

*Aliæ preter dati aut facti indebiti conditionis indebiti species.*

§ XXX. Ad exemplum conditionis facti indebiti aliæ adhuc conditiones indebiti dari possunt, nullibz ab Autoribus notata; uti conditio juris indebiti admissi, quale exemplum de jure retractus indebiti admisso supra allegavi; Ita & dari conditionem cautionis indebiti præstite, eodem ostendi ex l. 31. ff. de cond. indeb. & l. 1. pr. ut in posses. legator. Ita & conditionem possessionis indebiti translatæ dari, ibidem ex l. 15. § 1. ff. de sond. indeb. monstravi: Dari etiam conditionem facti indebiti remitti, patet ex § XXI; immo & dari conditionem facti indebiti promitti, probabile ex analogia legum est; pone enim casum l. 56. pr. ff. de fidejussor. & mandator. ubi, qui libertum falso se credebat, operas se præstiturum promisit, hic sine dubio conditione indebiti promissionem revocare poterit; & hoc modo porro etiam condici posse jus indebiti cessum, actionem indebiti cessam, immo & jus indebiti remissum, l. 39. ff. de condit. indeb. modo essentialia conditionis indebiti requisita concurrant, dubium non est; hæque omnes conditiones a conditione dati indebiti in eo differunt, quod dominii translationem non requirant, quippe qua in iis omnibus impossibilis est. Ita is, qui jus aliquod contra se admittit, dominium transferre dici nequit; ita is, qui cautionem indebiti præstat, dominium nullum transfert. Ita, ubi factum præstatur, promittitur vel remittitur, nunquam dominium aliquod transfertur; ita is, in quem possessio rei transfertur, non fit

❧

fit dominus rei; ita si, cui jus vel actio ceditur, nunquam sit dominus juris vel actionis l. 9. C. de hered. vel act. vend. l. 3. C. de novat. sed tantum procurator in rei suam, ob rationem, quia jura & actiones omnibus inhærentur; immo ipse, cui jus vel actio competit, non verus, sed quasi dominus est. Omnia minime in eum, cui jus aliquod remittitur, dominium aliquod transferri dici potest.

*Differentie conditionis facti indebiti praestiti ab ea dati indebiti.*

§ XXXI. Ut jany conditionis facti indebiti natura ab ea conditionis dati indebiti uno quasi intuitu recte distingui possit, coronidis loco brevibus hic allegare licet differentias earundem ex supra dictis elicendas possimas. Accedunt igitur differentiis quinque § VIII. (allegatis, 6) quod illa, scilicet dati indebiti, si dolus accipientis accedit, non obtineat, sed pro ea condicio furtiva, haec vero, scilicet facti indebiti, non obstante do-  
lo ejus, cui factum præstatur, obtineat, atque excludat omnem conditionem furtivam; 7) illam: sæpe tertius, qui non dedit, potest instituere, hanc vero non, nisi tertius ille hæres sit, vel quis operas seryi indebitas repeatat; 8) ex illa fructus & accessiones debentur, ex hac non; 9) in illa usura nunquam peti possunt, sed in hac evenire potest, ut loco interesse pertantur, si is, cui factum præstatum, in dolo sit; 10) ubi usura ex conditione indebiti debentur, in illa ex re data, in hac vero ex pretio facti præstiti compuantur; 11) in illius libello fundatum est datum indebitum, in hujus factum indebitum, 12) in illius libello res data petitur, in hujus libello æstimatio facti; 13) factum facilius plerumque, quam datum probatur; 14) in illa actor non debet regulariter probare, quod reus locupletior factus sit, sed in hac, nisi reus in dolo sit; adeoque 15) in illa nunquam dolus probandus est, qui scilicet eam excluderet, sed in hac tunc, si actor non potest probare reum locupletiorem factum, vel & interesse petit; hinc porro, 16) in illa nunquam petitur & probatur interesse, sed in hac, si reus in dolo sit; 17) illi obstat exceptio libelli incerti, huic non; 18) in illa re exstante non obtinet exceptio: ego non sui factus locupletior, at in hac semper, si reus in bona fide sit; 19) in illa non potest regulariter occurrere exceptio iustæ æstimationis, sed in hac semper; 20) in illa interesse petenti, opponitur exceptio non competentis actionis, in hac: ego sui in bona fide; 21) illa non repetuntur ades, in alieno, solo justo errore extrectæ, sed hac repetuntur operæ in adjudicando in alieno solo exhibitis, ceteris scilicet requisitis concurrentibus. Et haec sunt, quæ de inexclusa hactenus ista materia brevi hac Dissertatione proponere volui, quæ, ut B. L. non curiosi non plane displiceant, unice in votis est.

❧

VD18

ULB Halle  
007 455 496

3







BR. 23. num. 27. 1769/1.  
DE  
DICTIONE FACTI  
REBITE PRÆSTITI.  
UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO  
ATQUE POTENTISSIMO DVCE WVRTEM-  
BERGIÆ REGNANTE  
DOMINO  
AROLLO,  
ORDINIS AVCTORITATE ET CONSENSV  
PRÆSIDE  
RDO CHRISTOPH. CANZ,  
IVRIS VTRIVSQUE DOCTORE, HVIVSQVE PROFESSORE  
ORDINARIO, SERENISSIMI DVCIS CONSILIARIO,  
h. t. DECANO,  
PRÆCEPTORE SVO PIE VENERANDO  
PRO LICENTIA  
IN VTROQVE IVRE HONORES RITE  
CAPESSENDI  
XII. August. MDCCCLXIX. disputabit  
AVTOR  
NVS GOTTLIEBIUS GMELIN,  
Tubingenfis.

TUBINGÆ,  
TTERIS JO. AD. SIGMVNDI.

